yſid· Eſt aūt cor ſcḋm ↄſtā · ſubſtancia que
dā carnea villoſa· dura · oblonga· ⁊ rotunda
Fuit aūt cor ↄcauū ꝓpter caloris ↄſeruacōez
Eſt eni̅ cor tocius corpis fundamentū · Fuit
aūt villoſū vt facilius dilatando ⁊ ↄſtringē
do ſe moueretur Fuit eciā durū ne de facili lede
retur Fuit eciā rotundū vt maior habundācia
ſpirituū in eo reperiretur· Fuit ⁊ oblongū et in
forma pineū vel pireū ſcꝫ vt tendens in acutū
vt actio caloris naturalis ſemper in conū ten
dens· fortior redderetur Ponit aūt ſubſtācia
cordis inter ambas ↄcauitatēs pectoīs in me
dio ipſius animalis vt a corde qñ a centro
ad circūferenciā tocius corpis ſpūs vitalis de
ferreretur Caput aūt cordis qḋ acutū dicit· in
ſiniſtra parte humidi corpis collocatur et quia
in hac parte cordis acuta plus viget ⁊ inha
bitat ſpūs vitalis · ideo in ſiniſtro brachio
pulſus fortiſſimus inuenit · vergit autē cor
ad ſiniſtrā partē hoīs vt ipſius calore frigi
ditas ſiniſtre partis tempetur Habet autē cor
duas ↄcauitates ſcꝫ ſiniſtrā· que in acumen
tendit· et dextrā que intra ſubſiſtit et hee cō
cauitates ventriculi cordis nuncupantur Et in
ter iſtos duos ventriculos eſt vnū foramen·
qḋ a quibuſdā vena· vel via ↄcaua nuncupatur
Hoc foramē ↄtra dextrā partē eſt latū · ↄtra
ſiniſtrā vero partē ſtrictū· Et hoc fuit neceſſa
riū: vt ſanguis a dextro ventriculo veniens
ſubtiliaretur et ſic facili⁹ ſpūs vitalis i ſiniſtro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ventriculo generatur Dicit enim Aug⁹ ·li· de
differencia ſpiritus ⁊ anime ꝙ in dextro ven
triculo cordis plus eſt de ſanguine q̄ꝫ de ſpū
in ſiniſtro vero econuerſo· quia ibi ſpūs vita
lis generat̄ ad viuificandū animal per quaſ
dam arterias diffuſus vndiq; dilata̅ Simiſ
tra enī pars cordis duplex hab; foramē· vnū
inter arteias vene que portant ſanguinem a
corde ad pulmonē Alterū foramen eſt · vnde
exit arteria maior · que eſt forma arteriarū
tocius corpis per quā pulſus in corde genera̅
potiſſime in parte ſiniſtra ꝓpt̄ cauſam ſupra
dictā· Similiter pars dextra duo habet fora
mina· vnum intra venam que dicit̄ concaua
portans ab epate ſanguinem in dextram cor
dis concauitatem· de altero vero exit vena ar
terie vt nutriat pulmonē· Cooperiuntur aūt
foramina q̄buſdā pellliculis q̄ aperiunt̄ ſan
guinē a corde in ſpm̄ emittēdo · Deinde clau
dunt̄ reditū prohibendo pro humido In vtro
q; aūt cordis ventriculo eſt fruſtulū q̄ddam
exterius quod auricule aſſimilat̄ et hec duo
fruſta cordis auricole nuncupant̄ in quibus
vene ⁊ arterie radicant̄ et ſolidant̄· habet cor
in ſua latitudine quedā oſſa cartilla ginoſa·
que cordis ſedes appellan̄ Circuit autem cor
quidā panniculus qui dici̅ eſſe capſula cord
et hic cū panniculis pectoris ↄſolidatur· Hic
panniculus non nimiū ꝓpe cor iungitur · ne
forte eius motus impedire̅ · quī cordi fuit ne
ceſſarius vt eſſet fundamentū caloris natura
lis vnde animal generet̄ Huiuſꝫ ↄſtā· li· iiij·
ca· xxi· Dicit aūt Ariſ· li· i· ꝙ non eſt mēbrū
in quo ſit ſanguis ita infixus ſicut in corde ·
Sanguis enī in pulmone eſt frigidus· ſꝫ cor
di fixus eſt· Item idem li· xi· Cor poſitū eſt in
omni animali ī medio pectoris preterq̄ꝫ in ho
mine · quia cor hominis declinat ad partē ſi
niſtrā · pars aūt acuta cordis declinat ad in
terius pectoris in omnibus animalibus pre
terq̄ꝫ in piſcibus · qm̄ pars acuta in iſtis ad
partē capitis dependet in loco ↄiūctionis brā
choꝝ· Item in eodē dicit̄ ꝙ omne animal ha
bens ſanguinē habet epar ⁊ cor · Item idē li·
xiij· In corde enī eſt principiū venarū ⁊ prima
virtus creās ſanguinē ⁊ ei⁹ ſanguis ē mūd⁹
clarus calidus et maioris ſenſus ⁊ ↄueniens
intellectui· Item in eodē· principiū ſenſus ani
malis eſt in corde ⁊ ſenſus cū corde ſūt ↄtinuī
Et· iiij· ⁊· viij· li· dicit̄· Cor ponit̄ in anteriori
pectoris ⁊ in medio· quia principiū eſt vite et
omnis motus ⁊ omnis ſenſus in eo eſt· Sen
ſus aūt ⁊ motus non ſunt niſi in anteriori p
te cordis ⁊ ꝓpter hoc diſtinguit̄ mediū ⁊ vl
timū Et anhelitus primo vadit ad interius

cordis Natura aūt creacōnis cordis eſt ex ve
nis quia ex genere venarū · Et ſitus cordis ē
ↄueniens · qm̄ eſt poſitū in loco ſuperiori et in
anteriori · quia nobilius ordinat̄ in loco no
biliori naturaliter Cor aūt inter omnia mem
bra nobiliſſimū eſt· ⁊ ideo poſitū eſt in medio
corporis quo indiget̄ neceſſario· quia anima
liū eſt ↄplementū · nec eſt aliquod mēbꝝ ita
neceſſariū ad vitā ſicut cor · Vn̄ corde leſo nō
viuit aīal Et ideo corpus cordis eſt in medio
⁊ creacio eius ē in corpe ſpiſſo ⁊ naturalit̄ ↄca
uo· ⁊ eſt ↄcauū qm̄ principiū venarū eſt ex eo
ad recipiendū ſanguinē ſpiſſū aut ad cuſtodi
endū principiū motus Et in nullo mēbro eſt
ſanguis ſine venis niſi in corde tm̄· quia exit
ſanguis a corde ⁊ vadit in venas ⁊ non venit
ſanguis ad cor ex alio loco· qm̄ cor eſt fons ⁊
principiū ſanguinis ⁊ primū membꝝ habens
ſanguinē ſicut manifeſta̅ ex anathomia qm̄
creacio cordis appa̅et primo ſanguinea ⁊ eſt
principiū motuū delectabiliū et offenſibiliū
Et vniūſaliter motus cuiuſlibet ſenſus ex eo
incipiūt ⁊ ad eū redeunt ⁊ eius virtus expā
dit̄ ad omnia mēbra ſcd̄m vnū modū In ali
quibus aūt aīalibus inuenit̄ os in corde ꝓpt̄
ſuſtentamentū eius· ſicut oſſa ponunt̄ in mē
bris ⁊ in cordis animaliū magni cordis ſunt
tres ventriculi ⁊ in aīali parui cordis ſūt duo
Et idō debet eſſe in corde animalis venter· qm̄
cor debet eſſe locus recepcōnis ſanguinis puri
et temperati in q̄titatē ⁊ qualitatē Et eſt val
de calidus et humidus · quia cor eſt mēbꝝ in
quo eſt prima virtus · Huiuſq; Ariſ· li· xiij·
vbi multa dicunt̄ de hac materia Item idem
li· xvi· ſcꝫ ꝙ cor aīalis debet eſſe ↄplementum
ꝓpter hoc creat̄ cor prius Et ꝓpter calorē cor
dis et exitū venarū ex eo poſuit natura mēbꝝ
frigidū ex oppoſito cordis· ſcꝫ cerebꝝ ⁊ ꝓpter
hoc crea̅ caput in generacōe poſt creacōeꝫ cor
dis Contingit aūt cor pati vel ex alioꝝ hūoꝝ
colligācia vt dicit ↄſt· vel ex ꝓpa diſtēpancia
Si enī in corde dominet̄ excedens caliditas ·
ebullit ſanguis cordis et agitat̄ ⁊ ſic vitalis
ſpūs ledi̅ Si vero nimia frigiditate cor ↄſtrī
gitur ⁊ ↄgelatur ſanguis· vnde ⁊ mors ſequi
tur · Qn̄q; eciā patit̄ ex aliquo apoſtemate
capſulā eius inficiēte· q̄a tunc animal nō diu
viuit Itē accidit cordi tremor ⁊ hoc ex hūdi
tate aquoſa in pelliculis cordis diſperſa · que
debitā eius impedit dilatacōem ⁊ ↄtrictionē
Vnde videt̄ infirmo · ꝙ cor de loco ad locum
moueat̄ Item accidit ei defectio ex ſpirituū
vel virtutis ſpiritualis diſſolucione ⁊ ſpiritu
um euaporacione · Et hoc contingit vel ex ni
mia replecōe virtutē aggrauante et ↄfundē ꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut ex nimia inanicõe virtutē diſſoluente ſi
cut patet in cardiacis · ꝛ in quibuſdā poſt ni
miū ſudorē · ſiue nimis acutā potionē · Itē pa
tiē aliqñ ex fumoſitate aliqua corrupta ꝛ ve
nenoſa ad cor penetrāte ꝛ cordis meatus cor
rūpente · vnde mors ſequi' indelate Itē pati'
q̃ȝ de vene concaue opilacione · vñ et ſanguis
nutrimentū cordis ꝛ vitalis ſpūs euagatur
Hijs ꝛ alijs modis cor patiē vt dicit conſtan
li · ix · ca · xxiij · Dicit ad hec Ga · in tegñi · qȝ
virtus ꝛ complexio cordis oſtendiē per hec ſig
na ſcȝ per magnitudinē reſpiracõis et veloci
tatē pulſus ꝛ frequenciā eius per virilitatē ꝛ
feſtinā ad actionē per irā · audaciā ꝛ furorē · p
amplitudinē pectoris et eius piloſitatē · Hec
omnia calorē dominantē in corde ſignāt Om
nia vero ſigna contraria deſignāt eius contrarie
tatē Super quē locū dicit Haly · in comento
qȝ cor in homine ſe habet ad modū radicis in
arbore Arteria naſcens ex ſiniſtro ventriculo
ſimilis eſt trunco · vel cruci arboris · que elon
gata a corde ramificiē in duas partes quaꝝ
vna tendit ad ſurſū alia deorſū · ꝛ ille ramifi
canē ꝛ diuidunē ad modū virge ex ramis p
totū corpus vſqȝ ad arterias capillares ſpar
ſas in cute et qñ dilatatē cor · dilatanē ꝛ oēs
arterie ſimul · ꝛ qñ conſtringiē ꝛ ipſe ſimul cõ
ſtringunē et per dilatacõeȝ earȝ attrahiē aer
frigidus ex exterioribꝰ cordis ad interiora eiꝰ
et in conſtrictiõe exprimiē · vilior fumus in eis
generatus extrahiē ipſū ad interiora ꝛ p hoc
eius calor euētaē · ꝛ per eius euentacõeȝ · eius
complexio adequaē Et vt ait idem virtus mo
tiua que eſt fixa in corde · currit per arterias
ad vnamquāqȝ partē corpis ꝛ defert vnicui
qȝ ꝓpriā vitā ꝛ ꝓpriū calorē vitalē · Seruit
eñi pectus cordi ſe apiendo et frigidū aerem
attrahendo ꝛ ſe claudendo · ac fumoſū vaporē
generatū ex corde expellendo · vnde ſi pectus ꝛ
arteria et alia vitalia inſtrumenta fuerint
ſalua · obediunt virtutes in operibus ſuis et
quando ſunt infirma non obediunt · Unde bo
nitas ꝛ malicia subminiſtrandū organoꝝ ꝓ
mouet · vel impedit cor ad ſuas peragendas
actiones · Unde quando cor eſt forte et habet
membra ſibi obediencia · bene in dilatando et
conſtringendo ſe habencia · fortis ꝓcedit a cor
de reſpiracio · fortis pulſus et fortis operacio
ſecundū bonitatē organi et virtutis · Quādo
vero virtus eſt debilis ꝛ remiſſa · non poteſt
extendere arterias in omnes dimenſiones
vnde ſequiē minor reſpiracio ꝛ minor pulſus
Item ibidem Si cor fuerit nimis frigidū · et
nimis humidū · ꝛ pulſus mollis · ꝛ erit homo
priuatus virilitatē ꝛ audacia · timidus atqȝ
piger · et a pilis in pectore nudus ꝓpter vapo
ris fumoſi vnde generantur pili paucitatem
Si vero fuerit cor nimis ſiccū ꝛ frigidū facie
pulſum aſperū durū et paruū ſignat ꝛ reſpi
racio tarda eſt et rara · maxime ſi pectus par
uū fuerit atqȝ ſtrictū · Huiuſqȝ Haly ſuper
tegñi Gal · et hec ſufficiant ·

Capitulū triceſimūſeptimū de anhelitu ·

Anelitus cordis ꝛ pulmonis eſt mo
tus · ꝓpter attractionē frigidi aeris
ad temperamentū innati caloris cum
eiuſdem expulſione generatus · Cor eñi nullo
modo carenciā attrahendi aeris pati poteſt ·
Si eñi per modicum ſpacium ab attractiõe
aeris quieſceret · lederetur · vel deficeret · Ha
nelitus ergo contrarios habet motus · quia
dilatando pulmonem aerem trahit et con
ſtringendo expellit · Hanelitus itaqȝ eſt
caloris cordis per attractionē aeris tempera
tiuus · et expellendo vaporem fumoſum · euiſ
dem purgatiuus Eſt eciā animalis ſpiritus
et vitalis nutritiuus · Item fortitudine vel
debilitate conſiſtencie · ſpumaliū oſtenſiuus
ſicut ſuperius de pulmonis proprietatibus
dictum eſt · Item in anhelando plus de ſpiri
tu attrahitur q̃ꝫ expellatur · pars eñi non mo
dica tranſit in vitalis ſpiritus nutrimentū ·
Infra eñi pulmonē ſe recipit et tam diu ani
mal ſine ſuffocacione viuit q̃ꝫ diu inter in
ſtrumenta anhelitus · ſpiritus ſe concludit ·
Item pacientibus inſtrumentis anhelitus
ſpiritus corrumpunē et ſecundū qualitatem
organi pacientis immutatur vt dicit Conſt ·
Patiē autē anhelitus quandoqȝ ex defectu
virtutis mouentis neruos ꝛ regentis · quan
doqȝ ex ſtipacione inſtrumentoꝝ ſpūs · que
prouenit ex groſſis humoribus · vel ex groſ
ſa ventoſitate viam anhelitus opilante · vel
ex aliquo apoſtemate pulmonis · pānicꝰlos
cordis aggrauāte · ſiue ex nimio calore cordis
in pulmonis ſubſtancia dominante · ex qui
bus omnibus debilis redditur anhelitꝰ at
qȝ rarus Si autem fuerit velox ꝛ paruus · ca
lorem alienum ſignat · qui virtutem ſuffocet
et potiſſime vincat · Si tactus fuerit calidꝰ
et ſitis ac lingue deſiccacio ſubſequatur Ha
nelitꝰ vero paruꝰ ꝛ frigidus ꝛ in acutis febri
bus ſignū mortis ē Eius eñi tarditas defectū
virtutis deſignat expulſiue frigiditas vero
extinctionem ſignat caloris naturalis et de
fectum virtutis in ſubſtācia cordis et inſtru
mentorum ſpiritus · Item immutatur anhe
litus ex membroꝝ interiorum vniuerſali cor
rupcione vt patȝ in leproſis · quibꝰ anhelitꝰ
fetidus ē ꝛ corruptꝰ ꝛ aeris vicini corruptiuꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vnde taliū flatꝰ ſolet eſſe appropiquanciū
corruptiuus ⁊ infectiuus · Inficit eñ aerē vi
cinū ⁊ reddit corruptibilē ſicut ſibulus ſerpētis
flando aerem corrumpit · ⁊ aues volantes in
terficit vt dicit Auic̄ · ⁊ cōſtā ·

Capitulū triceſimūoctauū de ſtomacho ·

STomachus grece os dicit̄ · eo ꝙ ſit
oſtiū vētris ⁊ ipē cibū recipiat atq; ad
inteſtina tranſmittat · vt dicit yſid̄ ·
Eſt autē ſtomachus ſcd̄m cōſtā · rotundus ·
oblongus · concauus · interius · aſper in fundo
et villoſus et carnoſus · duo habens orificia ·
vnū inferius alterū ſuperius · Eſt autē aſper
⁊ villoſus · vt cibum receptū melius retinere
poſſit · Nam ſi eſſet lubricus et in ſuperficie
planus · ex ſua lubricitate · cibus exiret indi
geſtus Fuit autē carnoſus in fundo · vt digeſ
tio confortaret̄ · Caro eñ calida eſt ⁊ humida ·
ex quibus qualitatibꝰ maxime viget digeſ
tio in corpē aīalis Rotundus aūt fuit · vt ca
pacitate cibū reciperet ampliorē · Preterea ſi
alterius eſſet figure ſcz triāgularis vel huiōi
humores mali in eo de facili ad putredinē col
ligerent̄ cū talis forma · non poſſet a ſuperflu
is ꝓpter angulos deſiccari · Oblongus fuit ·
ne nimia rotunditate ſua ſpiritualia cōprime
ret · vt tanto facilius cū ſuperioribus ⁊ inferio
ribꝰ iungeret̄ · Preterea ſtomachus precipue
humanus in parte ſuperiori eſt ſtrictus · in in
feriori vero latus ⁊ hoc fuit neceſſariū · quia
cū homo ceteris animalibus ſit erectus · cibꝰ
eius ſemper ad inferiora deſcendit · ⁊ ideo vti
lis fuit eius inferior latitudo · vt in eo recipi
poſſit cibi multitudo Item neruoſus eſt · ꝓpt
maiorē ſenſibilitatis ⁊ appetitꝰ vigoroſitatē
Epate eciā circūdat̄ · vt ei calor maior ad cibo
rū decoctionē ab epate miniſtraret Epar eñ
ſuis quinq; fiſtulis · ſtomachū circūcingit et
ei calorē tribuens · ſuccoſitatē ⁊ humorē vnde
ſanguis generat̄ per quaſdā venas quas mu
ſaicas medici vocant recipit ⁊ forciori caloris
actione in ſanguinē alterat et conuertit · Ad
hec dicit cōſtā · ꝙ ſi ſtomachus fuit ſubſtan
cialiter calidus · cibos groſſos bene digerit ·
delicatos vero cōſumit et plus digerit ꝙ̄ appe
tit et ꝓpter ſimilitudinē · cibos calidos maxie
querit · nec famē ſuſtinere poteſt · Frigidus ve
ro ſtomachus groſſi cibi non eſt bene digeſ
tiuus ⁊ ex eis cito grauatur ⁊ eos cito mutat
in humores acidos ⁊ corruptos · Stomachus
vero ſiccus · cito ſitit nec paruū aque ſufficit ·
que ſi ſuperflua fuerit rugitū in ventre facit ·
Quod ſi fuerit humidus ſtomachus nō ſitit
humidū cibū appetit · ſed paruū digerit · Huc
uſq; cōſt · li · i · ca · xiiij · Accidūt aūt ſtomacho
vt dicit idem li · ix · ca · xxvi · diuerſe paſſiōes
ſcz mala digeſtio · fumoſitas diarria vomitꝰ
ſingultus · inflacio · ructuacio · ⁊ hec ex diuer
ſis accidunt cauſis Quia quandoq; ex mala
cōplexione · qñq; ex nimia manicione · quando
q; ex nimia replecione · quādoq; ex nimio hu
moꝝ acumine · quandoq; ex cordis putrefacti
one · qñq; ex virtutis digeſtiue defectione ·
qñq; ex cibi qualitate qui ſit pūgitiuus ſto
machus pungit̄ ⁊ ad excundū cōpellit̄ · aut ſi
viſcoſus lubricat̄ ⁊ ſic de facili egredit̄ · qñq;
ex virtutis expulſiue nimia debilitate non ſo
lū ex ſe patit̄ · verū eciā ex alioꝝ membroꝝ col
liganda ⁊ vicinitate · Stomachus eñ eſt to
cius corporis paterfamilias · omniū mēbroꝝ
nutrimentū recipiēs ⁊ ſinguloꝝ mēbroꝝ put
expedit adminiſtrās neceſſitati vt dic̄ idē cōſtā ·

Capitulū triceſimūnonū de epate ·

EPar ſiue iecur nomen habet · eo ꝙ ig
nis in eo ſedē habet qui vſq; ad cere
brū ſubuolat ⁊ deinde ad oculos ⁊ ce
teros ſenſus ⁊ membra ſe diffundit ⁊ calore
ſuo ſuccum ſibi attractū in ſanguinē tranſmu
tat · qd̄ ad vſū paſcendi nutriendiq; corpus
ſimul mēbris adminiſtrat · vn̄ epar dicit̄ · q̄a
talia mēbra paſcit · In iecore eſt ſedes volup
tatis et cōcupiſcēcie · cuius extremitates fibre
vocant̄ que ſūt quaſi lingue eminētes ⁊ ſtoma
chū amplectētes calorē ad ciboꝝ digeſtionē de
ferētes · vel exhiētes ⁊ dicūt̄ fibre · q̄a ad aras
phebi ab ariolis deferebant̄ · quibꝰ oblatis
et ſuccēſis reſpōſa dabant̄ · Huculꝫ yſid̄ · Eſt
aūt epar vt dicit cōſtā · mēbꝝ calidū cōcauū ⁊
lubricoſū · in dextro latere aīalis collocatū · ſto
macho ſuppoſitū vt ſuo calore primam iuuet
digeſtionē · Eſt ei ſanguineū ⁊ ī colore rubicū
dū · q2 ſuccoſitas eiꝰ nimia caliditate ī humorē
ſanguineū ē trāſfuſa Aliq̄ntulū ē eciā durū ne
de facili ledat̄ · variat̄ eñ epar in hoībus in
q̄ntitate ⁊ pciū multitudine · q̄a in hoībus eſt
maiꝰ q̄ꝫ in alijs beſtijs eiuſdē q̄ntitatis · Ner
uus pciū eius in quibuſdā eſt duplex et hoc
ad minus · in quibuſdā triplex vel q̄druplex
vel ad maximū quītuplex inuenit̄ A lata aūt
epatis cōcauitate ꝓgredit̄ quedā vena · que a
medicis porta nūcupat̄ ⁊ hec anteq̄ꝫ exeat in
quinq; diuidit̄ venulas quinq; ptes epatis
intrātes Epar ei ſuccoſitatē ꝑme digeſtiōis p
q̄ſdā venas ī ſua cōcauitate attrahit ⁊ p caloīs
natural̄ ebullicōem celebrat digeſtionē · ſcd̄o
in maſſā ſāguineā ⁊ q̄tuor hūoꝝ naturā cōūtit
Qd̄ ei calidū ē ⁊ humidū trāſit in materiā ſā
guis · cuiꝰ receptaculū ſūt vene · qd̄ aūt calidū ⁊
ſiccū ē ī naturā colē cuiꝰ ꝓpū receptaclm̄ ē ciſta
fell̄ · qd̄ v̄o frm̄ ē ⁊ ſiccū ī materiā cedit mḟe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuius ꝓpriũ receptaculũ ẽ ciſtula fellis. quod
vero frigidũ eſt ⁊ ſiccum in naturã cedit me
lancolie cuius ꝓprium receptaculũ eſt ciſtula
ſplenis. ſȝ quod ẽ liquidũ ⁊ aquoſũ in humo
rẽ tranſit fleumatis cuius ꝓpriũ receptaculũ
eſt pulmo. Ex quo patet ꝙ epar naturalis
virtutis eſt principiũ fundamentũ prime di
geſtionis in ſtomacho maximũ iuuamẽtũ
ſcd̃e vero digeſtionis in ſubſtancie ſue cõ
cauitate eſt ꝑfectiuũ. puri ab impuro ſepati
uũ. ſingulis mẽbris nutrimenti trãſmiſſiuũ
cum veis veneti excitatiuũ. diuẽſarũ paſſionũ
receptiuũ. Patit̃ enim qñq; ex nimia calo
ris intenſione Unde et pori aperiũtur interi⁹
ex quoꝝ apcione ꝟtus euaneſcens remiſſius
operat̃. qñq; ex nimia frigiditate ꝯuerſionẽ
attracte ſuccoſitatis in naturã ſanguineam
impediẽte ⁊ hoc ſepiſſime ꝯtigit ydropiſim
generari. cum ydropiſis nichil aliud ſit ſm
platonẽ niſi error virtutis digeſtiue in epa
tis ꝯcauitate. hac enim virtute errante ⁊ in
ſua operacõe deficiente. neceſſe eſt ſanguinẽ
corrumpi quo indigeſto corpus qđ inde nu
trit̃ in tumeſcendo extendit̃. vnde ⁊ ydropi
ſis generatur. Itẽ patit̃ epar ex ſubſtancie
ſue mala ꝯplexione ⁊ hoc ſm humoꝝ q̃tuor
diſtẽpãciã in ipſius eſſẽcia dominãtẽ Itẽ pa
tit̃ ex viarũ eius opillacõe. Contigit enim
ſepe humorẽ groſſũ et viſcoſũ in venis epa
tis adunari. Unde cũ ſanguis clauſus exire
nõ poteſt cauſa ẽ ꝯſtrictionis et opillacionis
Idem eciã accidit ex nimio calore humorem
ſanguineũ deſiccante ⁊ ſubſtanciam venarũ
epatis ꝯtrahente ꝙ non poteſt ſanguis libe
re diffundere ad alia mẽbra corpis nutriẽda
Hoc idẽ autẽ aliqñ poteſt ꝯtingere ex nimia
frigiditate humores ꝯgelãte et meatus epa
tis ꝯſtringente ⁊ ad mẽbra nutriẽda diſcur
ſũ ſanguinis ꝓhibente. Itẽ idem accidit ex
apoſtemate ſubſtanciã epatis aggrauante ⁊
putredinẽ in ipſius ſubſtancia generante. Itẽ
idem accidit ex incluſa ventoſitate pelliculas
ipſius epatis extendente et ex mẽbroꝝ inor
dinacione dolorẽ ⁊ merorẽ inducente. Item
ſepe patit̃ ex immoderato fluxu ſanguinis q̃
accidit ex venarũ ab ipſo egrediẽciũ apcõe
et hoc ꝯuenit ex nimio ſanguinis acumine
vel ex nimia replecione vel ex debilitate vir
tutis retẽtiue vel ex nimio exercicio ⁊ labore
ſicut dicit ꝯſt. ad hec de natura ⁊ ſignis com
plexionis epatis dicit Ga. in regim. ſignũ
epatis qñ eſt calidũ et amplitudo venarũ nõ
pulſabiliũ. ſup quẽ locũ dicit haly. qñ domi
nat̃ et vincit calor in epate ſit epar maius
et vena eius maior dilatat̃ et magnificat̃ ⁊

Magnificant̃ oẽs vene nõ pulſatiles in om
nibꝫ mẽbris ⁊ caleſit ſanguis ⁊ generat̃ qñq;
colera citerna et ꝑ ꝓceſſum tempis poſt ſta
tum adoleſcẽcie aduerit̃ colera citerna ⁊ ſit ex
ea colera nigra ⁊ diuerſe aliqñ ex tali colera
accidũt paſſiones. aliqñ aũt ex nimio calo
re epatis cordis reſiſtit frigiditas. nã a cor
de veluđ a mẽbro ſupiore et nobiliore epar
in ſuis actionibꝫ moderat̃. et hoc idem dicit
Ariſ. li. xiij. vbi ꝑponit cor epati tanq̃ prin
cipiũ eius regitiuũ. Itẽ dicit Ga. ꝙ frigidi
tas epatis ex calore tempatur. ⁊ ſignũ frigi
ditatis et ſiccitatis epatis ẽ ſtrictura venarũ
⁊ paucitas ſãguinis ſicut humiditatis eiuſ
dem ſignũ eſt mollicies venarũ ⁊ ſanguinis
multitudo. Itẽ idem dicit Haly. ꝙ epar eſt
fons humiditatis corpis. vnde cũ ſit radix
humoris ſi ſit epar ſiccum non poterit ali
quod membrũ corpus conuertere ad humo
rẽ vel humiditatẽ vt eius poſſit reſiſtẽ ſiccita
ti Intendit̃ autẽ ⁊ remittit̃ ſiccitas ⁊ humi
ditas epatis ſm cordis diſpoſicionẽ. Epar
ergo eſt membꝝ nobile cuius alteracõe alte
ratur corpus et influit nutrimentũ et virtu
tes nutritiuas et in membra reliqua in
feriora ſine medio. ad ſupiora vero median
te corde ſm iudiciũ Gal. Econuerſo autẽ po
nit Ariſ. li. xiij. ꝙ cor facit omnia predicta
mediante epate. que autẽ verior ſit oppinio
aliorum iudicio derelinquo Et hec de ꝓprie
tatibus epatis dicta ſufficiant.

Capitulum quadrageſimũ de felle.

Fel ẽ dictum eo ꝙ ſit folliculus. ge
ſtans humorẽ ex dominio colere ru
bee amariſſimũ vt dicit phĩs Eſt enĩ
ciſtula fellis quedã pellicula ſup gibbũ epa
tis collocata. et habet duos ſurculos. ꝑ vnũ
deportat̃ colera rubea ad inteſtina vt per ea
virtus expulſiua confortet̃ vt acumine ſuo
inteſtina melius expurgent̃. ꝑ aliũ deporta
tur colera ad ſtomachũ vt ſua calidicate vir
tutẽ adiuuet digeſtiuã Eſt igit̃ fel membrũ
calidũ ⁊ ſiccũ gibbo epatis ſuppoſitũ ẽ ꝓpriũ
colere rubee receptaculũ cuius iuuamentum
vt ſanguis a colera rubea mundificet̃. ſang
uis enim ex ꝑſencia colere incenderet̃ niſi in
fra ciſtulam fellis eius ſupfluitas locaretur
Eſt autẽ ſua calidicatẽ decoctionis cibarioꝝ
iuuamentum ſua ſubtilitatẽ penetratiuũ ſua
mordificacõe et acumine pungitiuũ ⁊ inteſti
norũ corroſiuũ. et ad ſupflua ac fetida eici
enda excitatiuũ. et eciã ex nimia caloris in
tẽſione amariſſimũ. ⁊ ꝑ ſui admixtionẽ dul
cedinis ſanguinis immutatiuũ. hucuſq; ꝯſt.
ſm Ariſ. in li. xiij. delphinus non habet fel

geſtus omniũ volatilium et omne genus pi
ſciũ ⁊ omne ouans habet fel·ſed ſꝫm magis
et minus ⁊ forte erunt in vijs ſubtilibus ex
tenſis ab epate vſqꝫ ad inteſtinum· Iſte vie
fortaſſis erunt fetide et forte erit in tali in
teſtino ⁊ diuerſificatur·quia quandoqꝫ in ſu
periori· quandoqꝫ in medio· et qñqꝫ in infe
riori·et quedam volatilia habent fel occulta
tum inteſtino vt columbe ⁊ coturnices ⁊ hy
rundines· q̃dam habent fel magnum in epa
te et in ventre ⁊ inteſtino ſicut ancipiter mil
uus· Item Ariſ·li·xiiij·animalia quedã non
habent fel omnino ſicut equus et mulus et
aſinus ⁊ elephas·camelus eciam non habet
fel diſtinctum·ſed habet venas paruas in q̃
bus eſt fel· Item quidam homines habent
magnum fel in epate·et quidam non· Et ẽ
fel ꝗdã ſuꝑfluũ agregatũ ſicut fex in ventre
illo tamen ſuperfluo vtitur natura ad aliqđ
iuuamentum · in illis autem qui habent na
turam epatis ſanam et quorum ſanguis na
turaliter eſt dulcis non inuenitur fel· aut
ſi inuenitur erit paruum ⁊ hoc in venis val
de gracilibus ⁊ propter hoc erit epar eoꝝ q̃
caret felle boni coloris ⁊ dulcius alti· qũ aũt
habꝫ aliqđ animal fel inuenit̃ ꝙ ẽ ſub felle
valđ dulce·nam ꝑ collectionẽ fellis ad locũ
vnum alie vicine partes redduntur dulcio
res· Fel eciam ex ſue ſubſtancie ſubtilitate ⁊
acumie eſt groſſorum humorum inciſſiuũ
⁊ ſua ſiccitate conſumptiuum· Vnde in collis
oculorum eſt neceſſarium ad viſum clariſi
candum et acuendum ad impedimentum ſpi
ritus vitalis remouendum et maxime fel an
cipitris ⁊ aliaꝝ volucꝝ viuenciũ ex rapina ſicut
in in viatico coſtantini · tangitur ex feruore
autem nimio et ebullicione fellei humoris
ad epar redeuntis bullicione inficitur ſang
uis qui infectus ad nutrimentum membro
rum tranſmiſſum ea immutat ⁊ inficit ⁊ citri
croceum colorem ſcilicet vel viridem ſiue ni
grum ſuperinducit · cuius paſſionis ſigna
ſunt iſta·tocius corporis infectio· ſitis adeſt
et oris amaritudo · dolor frontis · aurium
tinnitus·Vrina crocea cum conſimili ſpuma
continua·vomitus croceus· Aliquando eciã
contingit poros ciſtis fellis opilari Unde co
lera inficit ipſum epar ac conſimilem indu
cit paſſionem · Vnde conſtantinus in viati
co dicit quando patitur fellis ſubſtancia id
eſt ciſtis et deficit virtus eius qua ſolet ab
epate coleram rubeam extrahere remanente
colera cum ſanguine tingitur ⁊ alteratur· Idẽ
eciam contingit quando apoſtema eſt natũ
in vijs per quas colera ad fel tranſit · Vnde

ad epar rediens per totum corpus cum ſang
uine ſe diffundit quia ſepius inferior opile
tur quod aſcendit ad viam ſuperiorem ſcili
cet ad ipſum ſtomachum · Vnde facies ſit ci
trina·os amarum et ſiccum · in ſtomacho
ardor et ſitis · vrina cum egeſtione albeſcit
propter elongacionem colere ab epate ⁊ re
nibus vbi vrina ſolet ſurgi·ſi vero porus ſu
perior opiletur colera cingit inferiora et ap
parerit ſigna que prioribus ſunt contraria
vt idem dicit conſtantinus· Et hec de felle
dicta ſufficiant :·

Capitulum q̃dragesimũꝑmũ de ſplene

SPlen eſt dictum a ſupplendo quia ꝑ
tẽ ſiniſtrã iecori ↄtrariã ſupplet ne va
cua exiſteret quoniam quidam cauſã
riſus eſſe exiſtimant· nam ſplene ridemus·
felle iraſcimur· corde ſapimus· cerebro ſenti
mus·iecore amamus· quibus conſtantibus
ſanum eſt animal ⁊ integrum vt dicit yſiđ·
Et ſꝫm conſtantinum ſplen in ſiniſtra parte
collocatur cuius forma naturalit̃ eſt oblon
ga et parum verſus ſtomachum concaua et
verſus coſtas eſt gibboſa· In hijs duobus lo
cis quibuſdam panniculis colligata · Et di
citur ſplen duas habere venas· per quarum
vnam coleram magnam a ſanguine epatis
ſibi attrahit· per aliam vero quantum ſibi
ſufficit ad ſtomachum tranſmittit vt eius
appetitus confortetur· Splenis igitur eſt iu
uamentum vt ei in ſiniſtra parte corporis de
fectum ſuppleat ⁊ ex oppoſito ad ↄſeruacio
nem ſtomachi iecori reſpondeat vt propt̃
mundificacõnẽ epatis ſanguis feces ſibi at
trahat et quantũ ad appetitũ ſufficit confor
tacoẽꝫ ſtomachi tranſmittat · Eſt igit̃ ſubã
ſplenis rara ⁊ ſpongioſa ꝓpter faciliorem hu
moris feculenti attractiõm remiſſionẽ· ⁊ eſt
nigra ꝓpter melãcolie nature cuius eſt ẽcep
taculũ aſſimilacõeꝫ· Eſt eciã a ſiniſtris inter
coſtas ⁊ ſtomachũ poſita ꝓpter ſiniſtre ptis
tẽpanciã ⁊ infrigidacõꝫ ac ꝓpt̃ ↄſeruandam
ſtomachi ↄiũgit̃ calefactiõꝫ aliqñtulũ ẽ du
ra ne de facili ex quãtitate humoris feculẽti
ↄtrahat leſionẽ· ↄtingit aũt ſplenẽ pati qñ
ex virtutis ↄtentiue defectione ⁊ hoc qñ nõ
ſufficit humorẽ attrahere vel attractum ad
locũ aliũ deſtinare· Itẽ qñqꝫ ex opilacõe qñ
ſcꝫ humores groſſi et viſcoſi in vijs ſplenis
opilãt̃ ⁊ adunant̃ · Vñ ⁊ eius actiones impe
diunt̃ Itẽ qñꝫ ex nimia hũoꝝ ẽplecõe q̃a hu
moẽs ad ſplenẽ ↄſtrĩgẽtes ꝓpt̃ ſui ſimilitudi
nẽ attrahũt̃ ⁊ ſufficiet ñ euacuãt̃ · vñ iuiſcãt̃
⁊ i ↄcauitate ſplenis iduran̄t̃ itñ vt ipſi ſple
nis ſubã ẽſcẽ videat̃ · ſꝫ ſꝫm ſentẽciã yppocris

ſi ſplen ſit magnus・corpus marceſcit・ et ſi
ſplen marceſcit・corpus impingueſcit・ Vnde
ipſius ſplenis mediocritas ad puritatē corꝑis
q̄ ad magnitudinē tendēs bonitatē cōplexiōis de
ſignat vt dicit conſt・li・ix・ca・xxviij・

¶ Capitulū quadrageſimū ſcd̄m de viſceribꝫ

Viſcera ſm̄ yſid・inferiora dicunt̄ ꝓpē
inteſtina mēbris vitalibꝫ ſubdita et
ſubiecta que quidē dicunt̄ inteſtina
quia quedā interiori nexu quadā familiari
reuerencia ſunt ſuperiorꝫ mēbrorꝫ circa et eo
rūdem quedā neceſſaria inſtrumenta・ Et di
cunt̄ viſcera quaſi vitalia q̄a locis vitalibꝫ
circa p̄cordialia vbi gignit̄ vita ſūt interio
bus circumfuſa・hucuſqꝫ yſid・ſm̄ conſt・ autē
inteſtina q̄dam ſūt mēbra interius mutuo ſe
tenencia concaua rotunda per ventris longitu
dinē et latitudinē collocata・ quorꝫ cōpoſicō et
ſubſtancia ſtomacho aſſimilat̄・ Sunt aūt
numero ſex principalia inteſtina quorꝫ tria
ſunt ſubtilia que ſuperius ſunt iuncta・ tria
vero ſūt groſſa ab inferiori incipiēcia・ p̄mū
inteſtinū triū ſubtiliū vocat̄ duodenū quia
in ſua longitudine ſm̄ menſurā cuiuſlibet ho
minis eſt duodecī digitorꝫ ⁊ hoc ſup dorſum
erigit̄ et in nullā aliam partem retorquet̄ ſm̄
vocat̄ ieiunū quia ſemp ē a cibis vacuū・et
dicūt ſapientes ⁊ expimentatores q̄ꝫ in mortuo
animali ſemp inuenit̄ illud vacuū・dicūt tñ
illi qui quod hic dicit̄ ab anathomicis・ q̄a
a ſe omnia eiciens nichil de acceptis ad ſui
retinet nutrimentū・ terciū ſubtile ē appella
tū・ſcd̄o ſimilimū ꝫ tñ nūq̄ ſit cibi corpulen
ma ē inuentū Int̄ groſſa v̄o inteſtina p̄mū vo
cat orbū ⁊ in ſubtili extremitate hꝫ os vnū ⁊ ē
illud inteſtinū ſic vocatū eo q̄ꝫ ipſū ſit orba
tum id ē quaſi viduatum ab altero orificio
Cum enim cetera inteſtina duo habeāt orifi
cia・illud habet vnū ſolū・⁊ ideo ſe hꝫ ad mo
dū ſacci quia multa recipit ⁊ pauca reſpectu
aliorꝫ eicit vel emittit・ſecundū vero inteſtinū
ſub orbo ſiue ſub ſacco poſitū dicit̄ yleon et
hoc a dextera in ſiniſtrā tendit・ et dicit̄ yle
on eo q̄ꝫ in eo inteſtino yliaca paſſio fieri cō
ſueuit・ terciū inteſtinū vocat̄ a grecis colon
⁊ hoc immediate cum inferiori tocius corpis
orificio eſt cōiunctū・ et in hoc inteſtino gra
uiſſima paſſio ſcilicꝫ colerica generat̄・vl̄ ex
ipſius inteſtini nimia cōſtrictione vl̄ alicuius
groſſi et frigidi humoris coadunacōe et per
cōſequēs viarū illius inteſtini intrinſeca opi
lacōe ſicut narrat conſt・ et eciā Gal・ ſup am
phoriſ・ Patet igit̄ ex p̄dictis ad quid ſūt
neceſſaria inteſtina・quia cibū immutant ⁊ in
ſua concauitate ſupflua recipiūt ad nature ex

honeracōe・ ad hoc eciā ſūt neccīa viſcerꝫ rotū
ditas gilboſitas et volubilitas vt dicit cōſtā・
vt cibus tranſmiſſus a ſtomacho in eorꝫ gil
boſitate aliquantulū inhereret ⁊ ſm̄ animal̄
neceſſitatē ſupflua expelleret ⁊ neceſſaria re
tineret・ Fuit autē rotunda ne a ſtomacho
in aliquo angulo ſupflue collecta remanerēt
que correctionē inducerēt inteſtinis・ Sunt
eciā inteſtina duobꝫ panniculꝫ minimis vel
adminus inuoluta・et hoc fuit neceſſarium
quia ſi vnus panniculus pateret̄ ab altero
panniculo ſubueniret̄ Sunt autē inteſtina
aliquantulū villoſa ⁊ eorꝫ villi p latum eciā
extenſi vt fecis ſupfluitatē expellerent ⁊ ne
ceſſaria nutrimento cōuenienciꝰ retinerent
Sunt autē viſcera ſiue inteſtina inuoluta ad
inuicē et connexa ita vt minora maioribꝫ et g̃
ciliora ⁊ debiliora groſſioribꝫ et forcioribꝫ
innitant̄ vt ſic actiones virtutis natural̄ ⁊
in expellendo ſupflua ⁊ in recidendo neceſſa
ria apcius pficiant̄・ Dicit eciā Ariſ・li・ij・ q̄ꝫ
ſm̄ varietatē denciū in mandibul̄ animaliū
variantur in quantitate et qualitate natura
inteſtinorum・ Vnde dicit q̄ꝫ inteſtinum om
nium animaliū habencium dentes in vtraqꝫ
mandibula eſt minus inteſtino non haben
cium ⁊ nullum animal habet inteſtinum rec
tum niſi habeat dentes in vtraqꝫ mandibu
la・ Item ibidem venter ſerpentis ē ſtrictus
⁊ eſt ſimilis inteſtino amplo・ et ſi fuerit na
turalit̄ paruus hꝫ fel inteſtinis ⁊ ſi fuerit mag
nus ſuper epar・ Itē idem li・xiiij・omnia ani
malia ampli ⁊ recti inteſtinis ſūt guloſa val
de quia propter diminucionem vſus cibi et
in digeſtionem ciciunt ſuperfluitatem cibi
indigeſtam et cito exit cibus・⁊ ideo appetūt
multum ⁊ continue querunt cibum・ cōtigit
autem pati viſcera ⁊ inteſtina multipliciter
dicit conſtan・li・ix・ca・xxvi・ Quandoqꝫ ex
colerico humore vel e melācolico ſubſtanciā
inteſtinorum corrodente et fluxum diſſente
rie inducente ⁊ hec paſſio peſſima eſt ⁊ ſepe
mortifera vt dicitur in amphoriſ・ Solutio
ventris in cuius inicio colera exit nigra eſt
mortale Item quandoqꝫ ex ipſorum viſcerū
interiori punctura et vulneracione・ et hoc
vel exteriori apoſtemate putrefactionē ⁊ punc
turam in panniculis ipſorū viſcerum inducē
te vel ab exteriori leſione・ Itē quandoqꝫ ex
interclusione vnctuoſitatis pānicul̄os ⁊ ner
uos eos extendente ⁊ ille dolor grauis eſt in
tantum vt aliquando inteſtina penetrari vi
deant̄ Itē q̄nꝫ ex humore groſſo et fleuma
tico iferiores ptes iteſtinorꝫ obturāte et ſter
corꝫ exitū ꝓhibēte ⁊ yliacā paſſioꝫ vl̄ colericā

inducẽt. Unde ħ morbꝰ peſtilencialẽ et mor
talis raro ſanitatẽ ſuſcipiens ⁊ ſepe die ſcdo
vel tercio interficiens niſi celerius ſuccurrat̃
Ceteras inteſtinoꝝ paſſiões q̃re infra in trac
tatu de infirmitatibꝰ de colerica paſſione :.

Caplm̃ q̃dragesimũ terciũ de renibꝰ

Renes vt ait varro ſunt dicti eo ꝙ
obſceni humores ab hijs naſcuntur
nam vene ⁊ medulle tenuẽ humorem
deſudãt in renibꝰ qui liquor rurſus a renibꝰ
a calore venereo reſolutus recurrit et ad loca
genitalia ſe diffundit vt dicit yſid. Locus
autẽ in lateribꝰ ſpondiliũ dorſi in quibꝰ eſt
ſedes renũ dicunt̃ lumbi qui ſm yſid. ob li
bidis laſciuiã lumbi ſũt dicti q̃a in viris a
renibꝰ ⁊ lumbꝰ ẽ cauſa veneree voluptatis De
renibꝰ aũt dicit cõſt. ꝙ fuerũt facti vt ab epa
te aq̃ticũ ſanguinẽ ſugẽtes eũ depurgarẽt ⁊
eius calamitũ ſc; vrinã ad veſicã p meatꝰ vri
cide ſid ẽ vias vrinales trãſportarẽt qđ eciã
dicit haly. ſup tegñ. ordiauit inq̃t creator ſũ
mꝰ duos renes vt attrahãt aq̃ſitatẽ ſanguis
ab epate et eam trãſmittãt ad veſicã expul
ſionis grã q̃a dicit Ariſ. li. xiij. Renes inq̃
fuerunt creati ꝓpter veſicã vt ſi opus veſice
eſſet melior ⁊ pfectior. q̃a renes ſũt ad tollẽ
dũ ſupfluũ humidi deferentis decurrẽtis ad
veſicam Jtẽ idẽ renũculus dexter altior ẽ ſini
ſtro in omni animali hñte renes et hoc q̃a
calor in dextra pte forcior ẽ vł ſupior Jtẽ idẽ
in omnibꝰ aĩalibꝰ renes hñtibꝰ renũculꝰ dext
ẽ minoris pinguedis q̃ ſiniſter ⁊ altior qm̃
natura in dextera pte leuior ẽ et maioris mo
tus ⁊ caloris. calor autẽ diſſoluit ⁊ conſumit
piguedinẽ. Jtẽ renes ſũt de vltimis mẽbris
interioꝝ et ꝓpter hoc indigẽt magno calore
Recollige igit̃ ꝙ renes ſũt calidi et naturał
caloris ꝯſeruatiui frigiditatis ⁊ dorſi ſpondi
liũ ſunt tẽpatiui a ꝯcauitate epatis aq̃ſi hu
moris attractiui. ſanguinis collati. virtutis
naturał ꝯfortatiui. humoris ſeminał genera
tiui. poroſi. rotundi. pinguedine cooperti. car
noſi q̃ꝑe ſũt et poroſi ꝓpt faciliorẽ aq̃ſe ſup
fluitatis attractionẽ. rotundi ne colligant
aliquẽ humorẽ ad putrefactiõe; pinguedini
ſunt muniti ex frigiditate oſſiũ dorſi aliquã
ſuſtineãt leſionẽ Recipiũt aũt renes q̃ſdam
venas ſtomachi ab epate egredi ẽtes quibꝰ
humor in ſcđa digeſtione ſupfluus defertur
ad ipſos renes. vnde opilatis illis venis et
in ſuo officio impeditis renes vna cũ epate
paciunt̃. Accidũt aliq̃n in renibꝰ varie paſ
ſiones vt dicit cõſt. li. ij. ca. xxiiij. ꝙ ſi vene
epatis p̃cludunt̃ ab humore ſanguineo ad
ſui nutrimentũ depaupantͬ. vnde neceſſario

extenuantͬ. ſi vero meatus eoꝝ inferiores ca
lores ⁊ frigore ꝯſtringãt̃ ex p̃ſencia humoris
ſupflui eoꝝ ſubã; ſubintrãtis mutꝰ extẽdũt̃
⁊ dilatant̃ ⁊ p ꝯſequẽs corrũpunt̃ vel in hu
mores deſiccati putrificantͬ ⁊ in calcuł ꝯũtantͬ
multis eciã alijs modis paciuntͬ ſicut ex apo
ſtẽate. venẽoſitate frigore nimio vel calore :.

Caplm̃ q̃dragesimũ quartũ de veſica

Veſica ſm yſid. a venti capacitate eſt
dicta. nam p venti ꝯtractionẽ apit̃
et dilatatur ſicut econuerſo per venti
emiſſionẽ ꝯtrahitur ⁊ artat̃. vocatur autẽ ve
ſicalia p diminucõ; a veſica dicta q̃dam pelli
cula pendens in gutture auis ſicut burſa in
qua volucrũ p̃mo recipiunt̃ cibaria q̃ in pre
dicta veſicula digeſtiõi ſcđe in iecore faciẽte
ſepantur et in eodẽ folliculo tanq̃ in ꝓmp
tuario ꝓprio ꝯtra futurã eſuriẽ reſeruant̃. ſi
veſica pro vt hic ſumitur ſm cõſt. ẽ pãniculꝰ
durus rotũdus ꝯcauus ſicut ſaccus in omnĩ
parte clauſus excepto ſolo orificio ſuperiori
Fuit autẽ ſubſtancia eius dura ne acumine
vrine cuius eſt receptaculũ lederet̃ Fuit aũt
ex omni pte clauſa inferius vt liquor ſubito
attractus inuoluntarie expelleret̃. Unde per
vnũ et idem foramen vrina ingreditur p qđ
egrẽditur vt patz in anathomia. Fuit eciã
rotundũ vt in augmentũ calamenti ſanguĩ
nis dilatet̃ ⁊ ad ipſius ſuſcepcõ; capacior red
deret̃. dicit eñ Ariſ. li. xiij. ꝙ omne animal
hñs pulmonẽ multũ ſitit et ꝓpt hoc indig;
cibo humido plus q̃ ſicco ⁊ ideo fuit neceſſa
ria veſica ad recipiendũ huius ſupfluitatis
huiditatẽ. Jtẽ ibidẽ nullũ aĩal hñs plumas
aut ſcamas aut cortices ſiue teſtas habet ve
ſicã oĩno p̃ter tortucã marinã ⁊ ſilueſtrẽ. nã
ſupfluitas in huiõi animalibꝰ tranſit ĩ nu
trimentũ plumaꝝ ⁊ ſcamarũ ⁊ huiõi Jtẽ ibi
dẽ li. iij. omne aĩal generãs hꝫ veſicã. ouans
aũt nõ p̃ter vnũ genus lacrtaꝝ ⁊ nõ exit huidi
tas a veſica mortuoꝝ et forte aggrãt̃ in veſicã
⁊ ſupfluitas ſicca et ex eo ꝯtingit lapis. Jtẽ
ibidẽ li. vi. in aĩali omni carente veſica ẽ vna
via apparẽs extꝰ cultoris ⁊ ſ̃fluẽ huiditatis

Caplm̃ quadragesimũ quintũ de vrina

Urina ſm yſaac ẽ colamentũ ſanguis
et alioꝝ huoꝝ ex actõe nature gñatũ
nã ab epate ſumit inicũ ħ in renibꝰ
ẽcipit ſubã; ⁊ colorẽ. aq̃ſa eñ ſubã ſanguis
p q̃ſdã venas ſubtiles trãſmutat̃ ad renes
nutriẽdos. vñ cũ ad renũ deportata fuerit re
gionem vbi colat̃ et ad modũ ſeri eliquati
depuratur et vi caloris epatis et renum tin
gitur et colatur et ſic deſudans p poros vrĩ
cides in veſicã in ipſius concauitate abundat̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vnde hec ſubſtancia humida ⁊ liquida a ve
ſica emiſſa eſt vrina ſic dicta q̄a ē vritiua ⁊
mordicatiua q̄a vt dicit Egidius q̄d tangit
mordet deſiccat ⁊ vrit · vritiuā em̄ ⁊ deſicca
tiuā habet naturā · vnde videlicet ꝯtra ſcabiē
ſerpiginē ⁊ impetiginē · ꝯtra puſculas ⁊ veſi
cas ſi paciens inde ſe abluerit · in potu ſplene
ticis ꝯfert mundat vulnera putrida ⁊ loca
ſaniosa · Cū felle eciā ancipitris colliriata et
oculis caute limitis inmiſſa pannū corrodit
et delet maculas oculoꝝ · ſicut expreſſe dicit
ꝯſt · ⁊ Gal · Et ideo vrina non eſt abhorrēda
q̄a in multis vtilis eſt ⁊ accepta Dicit̄ eciā
vrina ab vrith greco id eſt demonſtratiua · de
monſtrat em̄ interiora · quia vt certificemur
de interiorib᷒ vrine inde ꝯſulamus · demon
ſtrat em̄ virtutē naturalē in epate et in aliis
mēbris inferiorib᷒ per vrine ſubſtanciā ⁊ co
lorē ⁊ maxime per eius ſedimen ſiue ſubſiſtē
ciā q̄ medici ypoſtaſim vocant certificamur
Nā ſi fuerit illa reſidencia in fundo vaſis pi
nea coadunata non diuiſa fortitudinē deſig
nat virtutis ⁊ ꝯpletā actionē caloris naturāl
in ipſis membris · Per mediā aūt regionē
vrine q̄ medici eneorimā dicūt de media re
gione corpis id eſt de corde ⁊ ſibi adiacētib᷒
iudicamus · Qui ſi vrina in medio fuerit in
colore ⁊ in ſubſtancia bene diſpoſita non liui
da non volubilis aut obſcura · vel obumbrā
ſpūalia membra iudicat eſſe ſana Similiter
ꝑ partē vrine ſuperiorē q̄ nephilē nuncupāt
de fortitudine virtutis animalis in regione
capitis ꝓnoſticamus Nā ſi non fuerit circu
lus nimis groſſus · non igneus non liuidus
non viridis · non granuloſus · ſed in colore et
ſubſtācia tempatus · cerebꝝ ⁊ oīa alia mēbra
animali virtuti ſeruiēcia denūciat eſſe certa
Si vero ꝯtraria ſigna fuerīt in vrina · ꝯtrari
am deſignāt corpis diſpoſicōez Iudicat̄ aūt
vrina precipue ſ̄m ſubſtanciā et colorē · Nā
aliud ſignat q̄n tenuis eſt in ſubſtancia q̄m
humoris dominantis ſiccitatē · aliud q̄n eſt
mediocris quia tūc deſignat tempamentū
ſiue equalitatē ⁊ mediocritatē Scd̄m colorē
aūt iudicat̄ · q̄a multi ſūt colores ſcꝫ viginti
vt dicit yſaac ⁊ Egidius quoꝝ quidā caloris
vel frigiditatis intenſionē alii ꝯmiſſionē alii
mediocritatē ꝑtendūt Nā rems ſū calorē de
ſignāt glauc᷒ lacte᷒ ⁊ huiōi Intenſionē vero a
rupho ſuperius · Mediocris vero ſubcitrinus
⁊ ſubruſus · Inter quos quidā deſignāt mor
tificacōem vt niger · viridis · liuidus · quidā
indigeſtionē albus · lacteus · glaucus · quidā
digeſtionis imꝑfectionē et imperfectā incho
acionem vt ſubpallidus · pallidus · Quidā
ꝑfectā digeſtionē vt citrinus · rufus · quidā
exceſſū ſiue excedentē intenſionē · vt ſubrubi
cundus rubicundus · quidā aduſtionē vt in
ꝯpoſitaꝝ · Quidā ſupaduſtionē ⁊ mortifica
cionē vt niger viridis Nigredo tamen cauſa
tur quandoqꝫ a frigiditate calorem naturalē
penitus extinguente · ſicut pretendit liuiditas
ſed quando procedit ex vltimata aduſtione
tunc precedit viriditas · Iſtoꝝ autem coloꝝ
cauſas differencie non pertinet ad hoc opus
ſed qui eas ſcire voluerit libros yſaac · theo
phili · conſtā · Egidii legat · in quibus tracta
tur perfectiſſime de vrinis · ſed iſta ad pñ
ſens hic ſufficiant · · ·

Capitulū quadrageſimūſeptū de ventre ·

Venter vterus et aluus inter ſe diffe
rūt vt dic · yſid · vent̄ em̄ ē qui accep
tos cibos digerit ⁊ apparet extrinſe
cus · Et ē dictus venter eo · q̄ ꝑ ventrē veniat
cibus ad totū corpus · Aluus eſt · qui cibum
rēcipit ⁊ purgari ꝯſueuit Vterū ſole mulieres
habent in quo ꝯcipiūt et dicit̄ vterus · eo q̄ fe
tus impleat̄ interius vt dicit yſid · Eſt igit̄
venter nutrimēti tocius corporis receptaculū
vt dicit ꝯſt · membroꝝ nutribiliū ſedes pri
me digeſtionis ⁊ ſecūde fundamentū · cuius
creacio eſt carnoſa · calida ⁊ humida · ⁊ hoc
ꝓpter digeſtionis neceſſitatē panniculis di
uerſis circūdat̄ ꝓpter interiorē ꝯſeruacōem
cuius diſpoſicio eſt rotunda · ꝓpter liberiorē
ciboꝝ nutribiliū collocacōem · Oblonga fuit
ꝓpter faciliorē ipſius cū ſupiorbus ⁊ inferiori
bus ꝯiunctionē ſiue colligacōem · Mediū em̄
locū in corpore ſibi vendicat vt nutrimentū
inferiorib᷒ ⁊ ſupiorbus membris diſtribuat
et tranſmittat · Eſt igit̄ venter inter omnes
partes corpis mollior ⁊ infirmior ⁊ tn̄ ceteris
eſt vtilior Nā tanq̄ nutrix corpis pro omni
bus alendis corpis membris recipit et deco
quit ⁊ ad ſingula membra · debita nutrimen
ta deriuat ⁊ trāſmittit Superfluitates mul
tas ꝓpt̄ alioꝝ mēbroꝝ nutrimentū in ſe ꝯcol
ligit · ſed eas diu ferre non ſuſtinēs · ipſas a
ſe reicit ⁊ repellit · Ex mala diſpoſicōne mem
broꝝ nutribiliū q̄ intra ſe ꝯtinet · diuerſas
infirmitates ꝯtrahit aliq̄n ⁊ incurrit · q̄ quidē
paſſiones tāto ſūt periculoſiores · q̄to ventris
aliis vitalibus ſunt ꝓpinquiores · Patitur
ſiquidem ſepius ꝓpter nimiā repulſionem ⁊
tunc non curatur niſi per contrariā euacuacio
nem · Et ecōuerſo quando moleſtatur ꝓpter
nimiā inanicōem ei ſuccurrit̄ per contrariam
repulſionē ſicut dicit̄ in Amphoꝝ · Quecūqꝫ
em̄ egritudines ex plenitudīe fuerīt euacuacō
ſanat · ⁊ quecūqꝫ ab inanicōe ſoluit plenitudo

Item actiones ventris ſcđm diuerſitatē tꝑis
variant᷑. Nam in yeme naturał calor in inte
rioribꝫ ventris. ꝯcluſus forcius opat᷑. vnde
appetitus in yeme magis accidit. ⁊ digeſtio
forcior generat᷑. q̄a vt dicit᷑ in Amphoꝛ. ven
tres in yeme ⁊ vere calidiſſimi ſūt natura et
ſompni longiſſimi :.

Capitulū. xlvij. de vmbilico :.

Umbilicus medius ē corpis locus ſic
dictus quaſi duoꝝ vmbo ſicut vmbo
in medio clipeoꝝ locus ē dict9 Ex vm
bilicō ei infans in vtero pendēs nutri᷑ Eſt ei
vmbilic9 ſm ꝯſt. ex neruis venis ⁊ arterijs cō
poſitus. quo mediāte fetus ſanguinē ſubtilē
attrahit ⁊ ſuggit. ⁊ per ipſas arterias ſpm̄ re
cipit. Rumpit᷑ aūt vmbilicus iuxta matricē
dū fetus egredit᷑ et cū fetu exit. quē obſtetri
ces ligant quatuor digitoꝝ longitudine ⁊ ex
hac ligatura ſiūt extremitates vmbilici ⁊ ro
tunditates Hucuſꝫ ꝯſt. Super Eze. aūt. xvi.
dicit Jero9. ſic Naturale eſt infantibꝫ ortis
primo vmbilicū preſcindi. deinde ad diluen
dū ſanguinē aqua lauari. tercio humorē par
uuloꝝ ſole ſiccari. quarto tenera corpa pānis
ſtringi ne membra diffluant ⁊ ſic deprauen᷑
Ibidem eciā dicit gloſa Greg̃. ꝙ vmbilicus
eſt quo fetus alicuius in vtero ſicut arbores
et virgule ꝑ radices humore occulto terre nu
triunt᷑. In vmbilico autē ſita ſunt genitalia
mulierū. ſicut in lumbis genitalia viroꝝ. et
ideo vmbilici nomine luxuria deſignatur in
Job. xl. virtus eius in lūbis ei9 et fortitudo
illius in vmbilico ventris eius De vmbilico
autē dicit Ariſ. in li. xiij. ꝙ omne animal ge
nerans et ouans habet vmbilicū tēpore prius
et cū creſcit partus auis. latet vmbilicus et
nichil omnino apparet quoniā ꝯtinuat᷑ cū in
teſtino per aliquā parciū venarū. Item idem
li. xvi. Creacio vmbilici non eſt niſi cortex cō
tinens venas ⁊ cū vmbilico ꝯtinuat᷑ ⁊ currit
ſanguis a matrice per venas vmbilici quaſi
per canalem ad pueri nutrimentum. Creſcit
ergo conceptum per eſſe vmbilici vt dicitur
in eodem :.

Capitulū. xlviij. de genitalibus.

Genitalia ſunt partes corporis vt et
nomen ipſū docet que gignende ſobo
lis virtutē acceperunt vt dicit yſid.
Hec eciā pudenda pre verecundia dicunt᷑. vn̄
et tegun᷑ ita ꝙ non habent eandē ſpeciē deco
ris ſicut alia membra que in prompta ſunt
locata Et ideo reputant᷑ inhoneſta. inter que
vnū dicit᷑ veretrū. vel quia viri eſt tantū. vel
quia membꝝ eſt verecundū. vel eciam ex quo
virus emittitur. Nam proprie dicit᷑ virus
ille humor a viri natura fluens vt dicit yſid.
Sunt eciam alia membra virtutis generati
ue fundamenta. ſcꝫ teſticuli diminutiue a teſ
tibus dicti. quoꝝ neruus incipit a duobus
ſine quoꝝ teſtimonio non eſt aliquis vir per
fectus. hij ſemen calamo adminiſtrant. qđ a
ſpine medulla et a renibus ſuſcipiunt gracia
ꝓcreandi Hucuſꝫ yſid. Secundū ꝯſt. ſub
ſtancia eoꝝ ꝯpoſita eſt de carne glanduloſa.
alba molli et rara. et hoc fit propter caloris
obſeruacionē. ⁊ ſanguinis inmutacionē in al
bedinē. quod fit per vehementē calorem in ip
ſoꝝ ſubſtancia ſanguinē decoquentē ⁊ in albe
dinē ꝯmutantē. Et dicunt᷑ hec membra prin
cipalia quia pncipalis actionis virtutis na
turalis ſcꝫ generatiue ſūt ꝓprie inſtrumenta
que ſi preciſa fuerint. vigor virilis ſexus ener
uat᷑. ⁊ maſculina ꝯplexio in femineā alterat᷑
Et ideo ſcđm Ariſ. li. iij. Eunuchi quādo caſ
tran᷑ ante pollucionē in ſompno. oritur in cor
pore eoꝝ poſt hec pilus Si vero caſtrent᷑ poſt
pollucionem. preter pilos pectoris omnes pili
defluunt ⁊ efficiunt᷑ effeminati ⁊ molles ani
mo ⁊ corpore imbecilles Unde Ariſ. li. viij. voces
hominū quando caſtrant᷑ mutant᷑ ⁊ efficiūtur
ſicut feminarū ⁊ forme eoꝝ alterant᷑ ⁊ figure
Animalia autem quando caſtrant᷑ in iuuen
tute efficiunt᷑ maiora. ſed ſi caſtrent᷑ poſt per
fectionē non augmentant᷑. Cerui eciā ſi caſ
trentur poſt perfectionē non augmentantur
Cerui eciam ſi caſtrentur ante crementum cor
nuū. non oriuntur eis cornua et ſi poſt ortum
caſtrentur. non vlterius creſcunt cornua am
plius nec mutant cornua. nec eiciūt ea ſicut
faciunt non caſtrati. Dicitur eciā ibidem. ꝙ
ſi vituli non caſtrent᷑ cito poſt annum rema
nent parui. ⁊ dicit qn̄ caſtrantur. extrahunt᷑
radices neruoꝝ. ⁊ ſi acciderit loco vulneris a
poſtema. cremabant teſticulum abſciſum et
ponunt cinerem ſuper apoſtema. Et quedam
animalia ſolum caſtrant᷑ propter teſticulos
ſicut caſtores qui eciam quando perſequunt᷑
a venatoribus. ipſis dentibus truncant teſ
tes ne vlterius perſequantur Dicit eciam ꝙ
onagri maſculi caſtrant filios et eis dentibꝫ
preſcindunt teſticulos. ſed matres a maſcu
lis occultant eos ⁊ precauent eis a maribus
ne caſtrentur. Item dicitur libro. xvi. ꝙ aui
um teſticuli poſt tempus ſibi ad coitum a na
tura deputatum efficiuntur paruuli in tantū
ꝙ tunc non apparent. ſed tunc quando in
ſtat amoris tempus creſcunt valde. Sunt
igitur teſticuli cum alijs membris ſibi ad
miniſtrantibus humoris ſeminalis principi
um ⁊ eius primum ⁊ radicale fundamentum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nam vt dicit ꝯſt. deus ad animaliū gene
racōez ꝯuenientē ꝯueniēcia ꝑcreauit mēbra
in quibꝰ īſeruit materiale principiū genera
cionis quod quidē ſine amoris affectu non
poſſet ꝓduci ad effectū talem mēbris geni
talibꝰ ſiquidē īſeruit īſeparabilitatē et appe
titū vt vnū quodqꝫ animal ad ꝯſeruacōez
ſpeciei ⁊ multiplicacōez ſui animaret̄. ⁊ hoc q̄
dem diuino motu factum eſt ne forte ab ho
minato coitu ab aīalibꝰ generacō emitteret̄. ad
generacōis autē talis ꝯplexionē neceſſe eſt
duo animalia ꝯuenire ſcꝫ maſculū ⁊ feminā
ex quoꝝ ſemine mutuo ꝓcrearet̄ quodlibet īdiui
duū ita qꝛ in vno ſcilicet generanciū ſi in fe
mina eſſet quaſi principiū materiale et paſ
ſiuū. in maſculo vero eſſet formale ꝑncipiū
⁊ pncipaliter effectiuū. et ideo dicit Ariſ. li.
v. qꝛ generacō animaliū duplex habꝫ princi
piū ſcilicet marē ⁊ feminā. ex mare autē pri
cipiū motus. ſicut forma. femina autē ē ſicut
materia. ex ꝯmixtione aūt vtriuſqꝫ fit crea
tura ⁊ ꝯmixtio vel creatura embrionis ⁊c̄. Ap
tauit igit̄ deus membra generanciū vt alte
rū emitteret ſeminale pncipiū alterū recipe
ret. Et hec mēbra taliter a deo ſapiētiſſime
ſunt formata vt ad opus ſuū nec meliora
poſſūt eſſe neqꝫ ꝑfecciora vt dicit ꝯſt. Sed
certe hijs membris plurimi abutunt̄. quiā
ipſis ad generacōis fructū nō vtunt̄ ſꝫ pociꝰ
ꝯtra racōis ordinē ⁊ nature iura nō ad ſeruiē
dū proli ſed pocius turpitudini ac libidini
eadem ꝯpellere dinoſcunt̄. ⁊ ideo de iſta ma
teria dignū duxi ſub ſilencio ꝑterire ne for
te ſpermatis explanādo originē ꝑgreſſū ⁊ finē
videar carnalibꝰ occupacōez cogendi carna
lia exhibere. de hoc ſolū admouens vniuer
ſos ne quis putet predictoꝝ membroꝝ offi
cio eſſe ꝓ libitu abutendū. nam quicumqꝫ
limbū generacionū ꝯceſſum vſum voluntarie
mēbris genitalibꝰ ludibria libidinis exer
cuit patrē vnigeniti deū nature ⁊ genitorem
iam ꝑdidit nec in generacōe iuſtoꝝ niſi cum
digne penituerit locū inter filios glorie poſ
ſidebit. non abuſus generatiue ꝑter patris
luminū iniuriā et quā meret̄ offēſam tollit
graciā. vulnerat naturā. ꝑdit ſocietatē an
gelicā. acquirit gehēnā. denigrat famā. cru
ciat ſubſtanciā. ⁊ ſpoliat gloriam ſempiter
nam vt dicit Ambroſius :.

Capitulū quadrageſimū nonū de matrice.

Matrix in femina eſt ſingulare mēbꝝ
ad modū veſice diſpoſitū ad ſuſcep
cionē humoris ſeminalis a natura de
putatū ad quā tanqꝫ ad mulieris corpis ſen
tinā ꝯfluit humorū menſtrualꝰ ſupfluitas
que ꝓpter menſtrualē fluxū et defluxū mē
ſtruū eſt vocatū eo qꝛ circuitu lunaris luminis
ſolet accidere hoc ſupfluū vt dicit phūs. hec
eciam muliebria nuncupantur que in mulie
ribus durāt naturaliter quādiu viget ineis
vis ꝯcipiendi. quibꝰ totalit̄ deficiētibꝰ defi
cit ꝯcepcōis virtus Et dicunt̄ muliebria quia
in ſolis mulieribꝰ hec infirmitas iuenit̄. nā
ſola mulier aīal menſtruale ē vt dicit phūs
cuius cruore ꝯtacte fruges nō germinant
moriuntur herbe. amittūt arbores fructus. ⁊c̄
Cuius ſanguinis ꝓprietatē et naturā quere ſup
li. iiij. in tractatu de humoribꝰ. Hoc mēſtruū
eſt humane generacōis principiū. hoc nobi
liū et ignobiliū eſt ꝯmune in matris vtero
nutrimētū. Unde ager noſtre natiuitatis ir
rigat̄ ⁊ nutrit̄ infantulus quādiu in matrice
ꝯſeruatur. Habꝫ aūt duas cellulas ſiue ꝯcaui
tates dextrā ſcꝫ ī qua maſculꝰ generat̄. et ſini
ſtrā ī qua ꝯcepcōez femine deputat̄. ſexꝰ aūt inter
duas ꝯcauitates corporis vtriuſqꝫ ſexus di
ſpoſicōez habere ꝯſueuit In anathomia aūt
dicitur qꝛ matrix tres habꝫ cellulas a dextris
maſculo appropriatas. ⁊ tres a ſiniſtris femis
deputatas. in medio vero naſcit̄ hermofro
ditus. in matrice v̄o ꝯcipitur fetus q̄ a fouēdo
eſt ſic dictus cuius folliculus ſiue pellicula
qua circumdat̄ ſecundina dicit̄ que ſimul cū
infante naſcitur et ſi in matrice caſu aliquo
poſt partū in vtero manſerit periculū īducit
niſi nature vel medicine remedio expellatur
Subiacet aūt matrix ipſa multis paſſioni
bus. quādoqꝫ patit̄ ſupfluoꝝ humorū retencōez
et hoc autē ex viſcoſo humore ora venarum
opilante vel ex frigiditate coartante. vel ex
ſiccante ꝯſumente. et hee diuerſitates p ſig
na ꝓpria dinoſcunt̄. Item quādoqꝫ patit̄ nimiū
humoꝝ menſtrualiū fluxū ⁊ effuſionē ⁊ hoc
vel nimia habūdancia quā natura nō poteſt
retinere. vel ex nimia acuminis humoꝝ vio
lencia. et hec paſſio ſi antiqua fuerit vix cu
in mōte galaad ꝯfederatus eſt iacob cū labā
et ei totaliter recōciliat⁹ vt ꝫ gen. xxxi. Itē
mōs eſt teſtificacōnis vt ꝫ ibidē Dicit̄ enim
appellatū eſt nomē eius galaad. i. cumulus
teſtis Itē mōs eſt lucri et negociacōnis. nā
mōtana galaad negociatores ꝓ ſpeb⁹ aro-
maticis ꝯparādis ſepius frequētabāt vt ꝫ
gen. xxxvij. Viderunt negociatores venire de
galaad portantes aromatica in egyptū ꝛc̄.

De mōte garizim

Garizim vt dicit ieronimus eſt mōs
iuxta iericho Cui vicinus eſt mons
ebal ex aduerſo reſpiciens. In his
duob⁹ montib⁹ benedictiones et maledic-
ciones populo intranti terram promiſſionis
promulgabantur vt per benedictiones pro-
uocarentur ad bonum legis amatores. Per
maledictiones vero terrerentur decalogi trāſ-
greſſores In garizim vero. vi. trib⁹ nobili-
ores cum ſacerdotibus proclamabāt bene-
dictiones. Et ideo inoleuit conſuetudo vt
mons ille haberetur in veneracione a poſte-
ris. et frequētaret̄ cauſa ſacrificij et oracio-
nis Unde inter iudeos et ſamaritanos fuit
contencio de loco ad oracionis ſamaritanis
ꝓferētib⁹ montē garizim ꝯueniēciorē eſſe ad
orandū q̄ templū in ierusalem iudeis ꝯtra-
rium aſſerentibus vt patꝫ in ioh. iiij. tam in
textu q̄ in gloſa.

De monte gelboe

Gelboe ſunt mōtes vt dicit iero. ali-
enigenarū. vij. miliario a ſitopoli in
quib⁹ eſt vicus grandis qui gelboes
nūcupat̄. in montib⁹ iſtis ꝑijt ſaul cū iona-
tha filio ſuo et corruit coram philiſteis iſrl̄
vt patꝫ. i. regū vltimo cōtra q̄s indignatus
dauid ꝓpter ruinā populi ipſis male dixit ꝛ
male dicendo eos in ſiccitatē et ſterilitatem
commutauit vt dicit glo. ſup. ij. librū re. c. i.
mōtes inq̄t gelboe vberes fuerūt āte male-
dictionē q̄s actenus maledictioni ſubiacere
ferunt nec unq̄ ibi pluere teſtant̄

De mōte golgata

Golgata vt ait Iero. ē mōs caluarie
in q̄ ſaluator noſter fuit ꝓ ſalute ho[m]
crucifixus et vſqꝫ hodie oſtenditur
in helya. ad ſeptētrionalem plagam mōtis
ſyon. dicit̄ aūt locus caluarie ſm pſiō. quia
ibi capita hoim dāpnatoꝝ decollarent̄

De gaas

Gaas eſt collis in mōte effraym i poſ-
ſeſſione ioſue filij non vbi mortuus
fuit ioſue ꝛ ſepultus i ſeptētrionali
pte eiſdē mōtis vt patꝫ in. li. ioſue. c. vltio
cui⁹ ſepulcꝝ oſtēdit̄ in mōte p̄dicto vſqꝫ ad
p̄ſentē diē vt dicit iero. i p̄dicto. li. de noib⁹

De mōte hephron

Mons hephron eſt mōticulis i tribu
iuda ꝯtra ſeptētrionē ē in. xx. ab he-
lya miliario vbi eſt villa pgrandis q̄ effrica
nūcupāt̄ vt dicit iero.

De mōtib⁹ iſrl̄

Montes iſrl̄ dicūt̄ mōtes gnālit̄ toci⁹
terre pmiſſiōis ſiue fuerūt vltra ior-
danē ſiue citra ſepe ſumūt̄ ꝓ terra. x.
tribuū q̄ fuit mōtuoſa p̄cipue in tribu dan ꝛ
effraym. nā et. x. trib⁹ nomē iſrl̄ ſibi vendi-
cauerūt ſub ieroboam filio q̄ fuit de effraym
et regnauit p̄mo in ſamaria ſup. x. trib⁹ vt
dicit iero. et ꝫ in hyſtoria li. iij. reg. xij. hij
mōtes ſiml̄r erāt paſcuales vberes fructuoſi
et frugiferi oliuis ꝛ aliis arborib⁹ fructiferis
ꝯſiti erāt eciā medicinales herbis et ſpeb⁹ a-
romaticis pleī vt dicit pſi. li. xiiij. c. iij. ſama-
ria regio eſt paleſtine ab opido q̄ndā nomen
accepit q̄ q̄ndā erat ciuitas regalis in iſrl̄ q̄
nūc a⁺ augusto ſebaſtia nūcupat̄. Hec re-
gio iudee vicīa eſt ꝛ illi ſimilis in natura nā
valꝫ copiā diues ē frugib⁹ fertil̄ aq̄s illuſ-
tris opima balſamis. Unde ſm gl̄am elemētoꝝ
iudei hāc t̄rā melle et lacte fluētē iudicabāt

Nam in eius montibus ꝓpter paſcuaꝝ ha
bundanciã innumerabiliũ ouiũ et pecoꝝ gre
ges et armẽta paſcebanť Apes eciã innume
biles in eiſdẽ mellificantes. herbarũ ⁊ floꝝ
ſuauitate dulciflua nutriebanť Fructꝰ ⁊ fru
ges ꝓpter aeris temperiẽ et roris habundã
ciã citiſſime ad maturitatẽ in illis montibꝫ
ducebanť Aurũ vel argentũ et cetera metal
loꝝ genera in illis mõtibꝫ fodiebanť deut.
viij. Fontes et flumina de venis montiũ ſu
periꝰ pgrediebanť loca munitiſſima in illis
mõtibꝫ edificabanť fere ſilueſtres ſicut tigri
des ⁊ leones in illꝰ nemoroſ mõtibꝫ ↄũſabã

De montibus yperboreis.

Yperborei montes dicunť mõtes ſcithie. eo
q͂ vltra eos flat boreas vt dic͂ yſid. li. xiiij.
Sũt aũt ſcḋm yſid. eundẽ. ca. iij. terre ſcithie
plures locupletes inhabitabiles tñ plures.
Nam dũ in pleriſq; locis auro ⁊ gẽmis mõ
tes ſcithie effluãt. grifonũ imanitate rarus
ibi acceſſus hominũ eſt. In illis montibus
ſmaragdi optimi ſũt ⁊ criſtalli puriſſimi de
ſcithie mõtibꝫ trãſmittunť. Sunt aũt ſilue
aſpere ibi et maxime que imanibꝫ feris ſcꝫ
pꝫis tigridibꝫ ⁊ pantheris ſũt replete. Ibi
eciã ſunt canes tante magnitudinis et tã in
mẽſe feritatis vt tauꝝ perimãt ⁊ leones pre
mant ⁊ occidãt et maxime in albania ⁊ hir
cania que ſithie ſunt regiones que montuo
ſe ſunt et plurimũ nemoroſe.

De carmelo.

Carmelus eſt mons iudee in qua eſt
ciuitas dicta carmela. Et ẽ duplex
carmelꝰ. vnus in ſupiori pte contra
meridiẽ in quo nabal legiť pauiſſe greges
pmo reg. xxv. Alius eſt carmelus in inferiori
parte terre reſpiciẽs mare. vterq; mons fer
tilis eſt in paſcuis fructibus ⁊ herbis.

De libano.

Mons libani ẽ mons phenicis altiſſi
mus. cuius meminerũt ꝓphe. deus
[illegible] vt dicit yſid.
nuncupať vt dicit ieronimꝰ. Item mons eſt
ſufficiẽcie ⁊ fecundicatis. Nam ꝓpter roris
habundanciã ⁊ pluuiaꝝ frequenciã herbis
habundat precipuis paſcuis vberrimis et
fructibꝫ optimis ⁊ maturis Et ideo in mon
te libani nutriebanť aĩalia que offerebanť
in templo. et in ipſius paſcuis fouebantur
Itẽ mons erãt eminencie ⁊ maxime ſublimi
tatis. qm̃ vt rabanꝰ ſup reg. dicit oẽs alios
montes illius regionis altitudinis ſitu liba
nus excedebat. Et ideo venientibꝫ tyrũ per
remota valde maris nauigia ſe nauiganciũ
ocuľ efferebat ⁊ q̃s deberẽt nauigantes petẽ
portus ſua altitudĩe oſtendebat vt dicit idẽ
ibidem. Itẽ mons erat indeficientis influen
cie et ſempiterne humiditatis. Nam q̃uis
ſiccitatẽ preferret ĩ ſua ſupficie nobiliſſimis
tñ habũdabat intrĩſecis venis aque vt pꝫ
in puteis aquaꝝ viuenciũ qui iuxta ſalomo
nis ſñiam in canticis. ſolent ↄtinue cũ impe
tu de libano emanare vt diciť cant. iiij. q̃ſi
puteus aquarũ ⁊c̃. Itẽ mons ↄfidencie ⁊ ſe
curitatis. Nam in libano quieſcentes tuti
ſunt a venenoſis ⁊ ſerpentibꝫ quos ſua aro
maticitate ⁊ v̇tute fugãt tã herbe q̃ arbores
ibidẽ ↄtinue ↄcreſcẽtes Nã cedri ibi creſcẽ
tes ſuo odoꝛe fugãt oĩa venẽoſa ⁊ ibi veneno
ſa reptilia viuė nõ pmittũt vt dic͂ iero. Itẽ
mons eſt pulchritudinis ⁊ amenitatis Nã
cedroꝝ ⁊ aliaꝝ virenciũ arboꝝ mira ꝓceritas
graminũ ⁊ herbarũ ↄtinua viriditas. auiũ
ſilueſtriũ canora ſuauitas. riuuloꝝ ⁊ fontiũ
multiplicitas libanũ amenũ efficiunt ⁊ iocũ
dũ. Item mons ẽ medicine et ſanitatis. ibi
eñ ſpecies aromatice creſcunt que ſũt ↄtra
morbos inumerabiles remedia ⁊ medele. ibi
cipreſſi ⁊ oliue. quoꝝ liquores et reſine ſunt
ↄtra diuerſaꝝ infirmitatũ incommoda preci
pue medicine. Itẽ mons leticie ⁊ iocundita
tis Nam in collibus libani creſcit habundã
cia vini optimi ⁊ precipue leticie ⁊ hilarita
tis maxime inductiuũ Itẽ mons honorificẽ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in igne ſuper altare holocauſti. In hoc mōte optulit abrahā holocauſtū pro yſaach . quē dominus precepit ibidē immolari geñ . xxij . vbi dicit gloſa iero . ſuper illud verbū . vade in terrā viſionis ⁊ offer filiū tuū ſuper vnū montiū ⁊c̄ . Hunc montē hebrei dicunt eſſe illū in quo poſtea templū cōditū eſt in area ornā iebuſei in montē moria quī idcirco illuminans ⁊ lucens interpreta . quia ibi eſt dabir . hoc ē oraculū dei et lex ⁊ ſpiritus quī inſpirat ꝓphetas ⁊ docet homines veritatē . huaiſqꝫ iero . In eodem loco creditur iacob dormiuiſſe et aſcendencū angeloꝝ per ſcalā vidiſſe viſionē vt patet geñ . xxviij . vbi dic glo . ſuper illud verbū Non eſt hic aliud niſi domus dei ⁊c̄ . Hoc dicit qꝛ preuidit templū et dei cultū ibidem futurū Fuit aūt iſte loc9 collis a latere montis ſyon vbi edificata eſt poſtea turris dauid Vnde patet ex predictis ꝙ mons moria fuit mōs viſionis ⁊ reuelacōis . mons ſacrificij ⁊ oracōis . mōs ꝓphecie ⁊ inſtructiōis . mons lumīs ſū illuminacōis mons angelice frequentacōis . mōs diuine apparicōis . mons miſericordie ⁊ ꝓpiciacōis

De nebo :.

Nebo mons ē in terra moab . in vertice phaſga contra ierico . de hoc monte vidit moyſes terrā promiſſionis ⁊ ibidē mortuus ē . poſtq̄ terrā fueāt contēplat9 vt dicit iero . ⁊ pꝫ in hiſtorijs numeri . xxvij .

De hor :.

Mons hor eſt mōs in extremis finib9 terre edon . in quo monte mortu9 eſt aaron iubente dño in āno . xl . poſtq̄ egreſſus eſt de egipto cū eſſꝫ annoꝝ . c . xxxiij . vt dicit numeri . xxviij . Fuit aūt triceſima manſio in qua remanſerūt filij iſrahel poſtq̄ egreſſi ſunt de egipto . ſicut dicit in li . iiij . c . xx . Cū mouiſſent caſtra de cades venerūt in montē hor . qui ē in extremis finib9 terre In hoc monte ſuſcepit eleazar fili9 aaron ꝑmo ſacerdocij principatū .

De olueto .

et ripā fuit ortus quē dñs oracōis ⁊ quietis grā ſepius frequētauit ⁊ ſubītrauit Vñ ⁊ ibi captus fuit ꝑmo in orto q̄ gethſemani dcīs eſt vt dicit io . xix . ibi enī ſcꝫ in pede mōtis fueāt quondā villula dicta gethſemani cui9 orti tunc tpis adhuc ibi erāt vt dicit aug9 et illoꝝ locū ortoꝝ dñs ex cōſuetudie frequētabat Hic aūt mōs fuit ad orientalē partē templi . ⁊ ideo mane illuminabat ſole oriēte de veſpere vero ⁊ de nocte illuſtrabat ex fulgore a luminarib9 templi reſplendēte . Et iō merito mons luminis dicebat . tū q̄a a celo et a tēplo lumē recepiebat . tū etiā q̄a lucis materiā olei ſui habūdātiā alijs īpendebat vt dicit auguſ . In h9 mōte erāt quidā vicul9 noīe bethphage qui ſacerdotū erat . in cuius mōtis latere erāt ciuitas dicta bethania que fuit ciuitas marthe . lazari ⁊ marie vt dicit glō . ſup math . xxi . De hoc mōte dñs celos aſcendit . ⁊ ſup eundē montē ad iudiciū apparebit vt pꝫ in act . i . tā in lrā q̄ in glō . In hoc mōte edificauit ſalomō delubra excelſa vt pꝫ . ij . reg̃ . x . Et ideo vocatus ē mōs oliue et ꝓpiciacōis . mōs offenſiōis . iiij . reg̃ . xxiij . ſcꝫ q̄a in illis ydol offendit ſalomō deū ſuū

De olympo :.

Olympus eſt mōs macedonie excelſus nimis . ita vt ſub illo nubes eſſe dicant vt dicit virgilius Nubes excelſit olȳpus Dict9 ē aūt olȳpus q̄ſi ololāpus ideſt quaſi celū . Hic mons macedoniā a tracia diuidit Tante enī ſublimitatis eſt mons olympi ꝙ oēs excedit aeris turbines et alias paſſiones Vñ phi ibi aſcendētes vt ſitus ⁊ curſus ſtellarū inſpicerēt . ibi viuere non poterāt niſi ſecū ſpōgias cū aqua ferrēt ⁊ ſic p aque attractiōeꝫ aerē redderēt groſſiorē ſū ſpiſſiorē vt dicit magiſter in hiſt .

De oreb :.

Oreb mons eſt in regione madiā vt dicit iero . iuxta arabiam in deſerto [illegible]

De alpibus

Hyphei montes ſūt alpes ī capite ger
manie vt dicit yſi · q̄ a ꝑpetuo ventoꝝ
flatu et tēpeſtatū impetu ſic dicitur · nam ri
pheus in greco impetus dicitur in latino Di
cūtur aūt alpes · i · alti montes ad quorū cacu
mina non niſi ꝑ altos pedes colliū et aliorū
inferioꝝ monciū puenit̄ In his alpibꝰ ſūt ꝑ
petue niues · Frequētes nubes · fōciū et fluuiū
mgnoꝝ capita ⁊ origies beſtie ⁊ fere ſilueſtres
aues multiplices et maxime illiꝰ generis vo
luctes q̄ꝝ ale de nocte ſūt lucētes vt dicit yſi

De rupibus :·

Rupes ſunt altiſſimi montes ſolidiſſi
mi et fortes ꝯtra altitudinem alioꝝ
mōciū eminētes tēpeſtatū impetus et
ymbriū fluxus ꝯtinue recipiētes ꝓpter qđ
ſupficialiter diluūt̄ et duriores mōtis ꝑtes ⁊
ꝯpactiores in petra ꝯmutate rupes innumera
biles aque efficiunt̄ · q̄ꝛ tñ̄cūq̄ꝫ aūt rupes ex
teriꝰ multū habeāt ſoliditatis et aſperitatis
intus tamē habent aliq̄t ſpongioſitatis et ꝯ
cauitatis · vñ humores ibidē attracti ⁊ collec
ti ſepe ꝑ capita fonciū ſcaturiunt et erūpunt
Venti eciā et aque cauernas rupiū intrāt et
ſūt aliq̄n̄do cauſa terremotꝰ ex cuiꝰ violēcia
rupes ꝯſq̄ꝫ corruūt ⁊ ꝓrūpūt ſolis auibus
vt aquilis et vulturibꝰ rupiū cacumina ꝑer
uia inueniūtur · rupibꝰ eciā maris littora ſi
ſtuntur et ad duriciam rupis vndarū et ꝓ
cellarum impetus eliduntur Loca municioni
bus apta in rupibꝰ repeiūtur auium et ani
malium latibula in rupibus conſtruuntur
nebulis et nubibus capita moncium obuol
uuntur · Radijs ſolaribus in ortu ſolis ſum
mitates rupium perfunduntur · Rupes eciā
dicuntur quia ad rupendum ſunt difficiles
ſine eñi ferri violēcia rupes nullatenꝰ pfodi
ūt̄ ⁊ d ꝓfūdis eciā rupiū venis ꝓfoſſi lapides
et metallorū varie ſpecies ſepiꝰ extrahūtur
ꝑtes aūt eminētes ī ꝑruptis rupibꝰ dicūt̄ ſco
puli a ſcopin qđ eſt intēdere vel ſpeculari q̄a
inde loca remotiſſime ſpeculantur

De ſephara :·

Sephara mōs ē oriētis ī iudea vt di
cit ieroꝰ iux̄ quē habitauerūt filij ye
tha · filij hembre quos ioſephꝰ dicit veniſſe
deinde in ſephora ad quē locū claſſes ſalōis
cū q̄buſdam ꝯmercijs infra tres annos veni
re ꝯſueuerūt hec eſt tharſis terra ⁊ portꝰ ma
ris vnde ſeruī ſalomonis aurū et argentū ſi
mias ⁊ pauones et dētes elephātinos deu
lerūt vt ꝑ · iij · reg̃ · x ·

De ſegor :·

Segor ē mons puulus qui et balo di
ctꝰ ē iux̄ ʒodomā vt dicit ieroꝰ · in ħ
edificata fuit vrbs que ad p̄ces loht liberata
eſt vbi creſcit vinea balſami inſignū priſti
ne fertilitatis et poma palmaꝝ Inminet aūt
mari mortuo ⁊ fuit in eo poſtea poſitū p̄ſidi
um romanorū De hoc dicit̄ · yſa · xv · vbi di
cit · glo · q̄ vitula vocabat̄ ꝓpter laſciuiam ꝯ
ſtringens quia bis cōcuſſa · tercio terremotu
corruit que robuſta ꝑmāſiſſet ſi poſt libera
cionem non peccaſſet ·

De monte ſynai :·

Syna eſt mons cuius pars eſt oreb
et eſt in arabia in prouincia madiā
De hoc monte dicit Iozephus in libro · ij ·
antiquitatū Syna mons eſt excelſus et ad
paſcua egregius optimas herbas ferens · E
tatq̄ꝫ hec oppinio ibi habitare deum et ideo
p̄mitꝰ ibi nemo paſcebat oues q̄a paſtores
illuc ābulare minime p̄ſumebāt huic mōti ap
ꝓpinquans moyſes ꝓdigiū vidit ſcꝫ ignem
rubum ꝯburētem et eius viriditatem et flo
rem nullatenus depaſcentem et eius ramos
fructiferos nullo incendio deuaſtantem q̄ꝛ
uis flamma velox et vehemeꝰs nimis eſſet
vñ de illo igne dominus ad moyſen locutꝰ ē
Itē idē · li · iij · aſcēdit moyſes in ſyna q̄ mōs
eſt excellentiſſimꝰ in illis regionibꝰ ⁊ ꝓpter
altitudinē magnitudinis ſue et ſcopulorum
ꝓceritatē nō ſolū ē hominibꝰ inacceſſibilis
veꝝ eciā cū labore videri poteſt ⁊ q̄a ſermo erat
domini circa eū habitare erat terribilis et in
adibilis vniuſis · circa radices huiꝰ mōtis he
brei ſua tabernacula locauerūt ⁊ ibi deū vide
re ī igne ⁊ in nube et ipm̄ pſonalr̄ loq̄ntē au
dire meruerūt · diꝛ itaq̄ꝫ mōs ſynai mōs die
bitacōis angelice freq̄ꝫtacōis mōs luminis et
inflāmacōnis mōs nubis et caliginis mons
pluuie et roris · mons paſcue et refectionis
mōs ſapiēcie ⁊ erudicōnis · quia de illo mōte
dominꝰ moyſen et populū inſtruebat ⁊ ei le
gem ꝯferebat mōs miſericordie ⁊ ꝓmiſſiōis
q̄a inde bona inaudita populo ꝓmittebat ·
mōs iuſticie ⁊ ꝯminacōnis · quia timorē in ſpi
cientibꝰ inferebat · Unde mōs fuit fulguris
et coruſcacōnis mōs tube et clangoris · mōs
amicicie et cōfederacionis · quia mediante le
ge populum ibidem ſibi ſempiterno federe
vniebat mōs mūdicie ⁊ puritatis · mons le
ticie ⁊ iocunditatis · quia nulli ad montē ac
cedere potuerūt niſi qui mēte ⁊ corpe mundi
erāt · illi eciā q̄ mūdi erant corā domino cū leti
cia ꝯmedebant ⁊ bibebant · mons clemēcie
et pietatis ſiue propiciacionis · mons ſacri
ficij et oracionis nam ibi domino ꝑmolāt ac
precibus moyſi et ſupplicacionibus deū ſibi
placatum et propiciū audiebant :·

De mōte ſyon

Syon mōs erat in iħrlm ſup quē vrbs ſita erat arx ſiue turris dauid ibi poſi-
ta p decore ꝛ defenſione ciuitatis In
vno autē latere mōtis ſion erat templū q̄ſi
medium inter arcem et inferiorem ciuitatē
vt ſcʒ municio arcis defenderet templum et
tēplū cū arce ꝓtegeret ciuitatē Et ideo ſepe
ſcriptura vocat iheruſalē filiam ſyon q̄a ſicut
filia protegitur a matre ꝛ ſubditur ipſi ma-
tri ſic ciuitas inferior tēplo fuit ſubdita atq̄
arci. Tante autem autoritatis et nobilita-
tis inter ceteros montes fuit mons ſyon q
nō ſolum ciuitas ieroſolima nec eciam ipſa
iudea verū eciam vniuerſalis eccleſia tam ex
iudeis q̄ ex gentilibꝫ congregata ſepius in
ꝓphetis a mōte ſyon denominatur ſicut ibi
Fundat̄ in exultacione vniuſe terre mōs ſyō
latera aquilonis. ciuitas magni. Nam mons
fuit mons magne altitudinis et ſublimita-
tis. magne fortitudinis et firmitatis. mag-
ne plenitudinis ꝛ vbertatis. magne pulcri-
tudinis ꝛ amenitatis. maxime confidencie et
ſecuritatis. maxime oplēcie et locupleciōis
maxime leticie ꝛ exultacōis. pfecte iuſticie
et ſanctificacionis. mons doctrine et erudi-
cōis ſicut ſcriptū eſt yſa. ij. De ſyon exibit
lex. mons ꝓphecie et reuelacionis.

De ſelmon.

Selmon eſt mōs in tribu effraim iux
ꝯfiniū tribꝫ manaſſe in quā aſcēdit
abymalech q̄n do dimicauit ꝯtra ſich
imitas vt dicit iero. et legit iu. d. ix. mons
pre multitudine arboꝝ denſus et vmbroſus
ꝓpter qḋ et ſelmō vmbra interꝑtat̄ Eſt eciā
mōs irriguus aquis et ignibꝫ niuibꝫ ping-
uis ꝛ paſtuoſus ſicut dicit̄ in ps mox deal-
babūt in ſelmon mons dei mons pinguis

De mōte ſophim

Sophim eſt mons in tribu effraym in
loco armachen vnde oriūdꝰ fuit ſa-
niel vt dicit iero. Fuit aūt locus in
alto ſitus fertilis et gramioſus. aquis irri-
guus. arboribꝫ ꝯſitus et delicioſus Sarō de
quo dicit̄ yſa. xxxv. Eſt mōs inter montem
thabor et ſtagnū tyberiadis. Vn̄ et tota illa
regio ſarona vſq̄ hodie eſt vocata vt dicit
ieronimꝰ Omnis eciā regio a ceſarea paleſti-
na vſq̄ ad opidum ioppe ſarona dicit̄. iux
montem iſtū campi ſunt fertiliſſimi vt di-
cit glo. ſuper yſa. xxviij. tam frugibꝫ quam
fructibꝫ valde apti.

De mōte ſeon

Mons ſeon de q̄ dicit deu. iiij. dicit̄ ꝓs
mōtis galaad q̄ extēdit̄ ꝑ deſertū vſq̄
ad tranſiordanē vbi habitauit ſeō rex amor-
reoꝝ et cecidit in ſortē ruben et gad. dimidie
tribus manaſſe vt dicit iero. ſup iere. xlvi.
ibi aſcēdere galaad ꝛc̄ q̄re s̄ de mōte galaad

De monte ſemerō

Semeron eſt mons de quo dicit̄ . iij.
ꝛ. xvij. li. mons in q̄ ē mō ſebaſte
vbi reliq̄e iohānis baptiſte requieſcūt
vt dicit iero. in eodem quidem mōte prius
edificata ē ſamaria a qua ꝛ tota regio poſtea
ſamaria ē vocata. hec ciuitas racione mōtis
fuit fortiſſima et ad expugnandū difficilis
Vnde et reges aſſirioꝝ miris ſūptibꝫ ꝛ belloꝝ
maximis apparatibꝫ eā tribꝫ annis cōtinue
obſederunt et vix ꝓpter anguſtiā ꝯtra ipſam
ꝑualere viribus poterunt ꝑmo vt dicit iero.
ꝛ ioħ. nūq̄ eam expugnaſſent ſi ipſiꝰ hita-
tores deum iſrl' adiutorium ꝓuocātes plenā
cōfidenciā habuiſſent domino et ipſius legē
nullatenus reliquiſſent. Iſtius mōtis ꝓꝑe-
tates q̄re s̄ de mōtibꝫ iſrl' ꝛ ibi plene iuenies

De monte ſeyr

Mons ſeyr de quo ſepiꝰ habet̄ mencio
in ſcriptura eſt idē q̄ ꝛ mons edom de
quo ſup̄ ſufficient dictum eſt. quere
de mōte edon ſū eſau trinomiꝰ enim erat eſau

De monte tabor

Tabor eſt mons in medio cāpo vt dic̄
Iero. ſup iere. c. xxvi. et ē mōs mira
rotunditate ſublimis diſtans a dyo
ceſarea. x. milibꝫ ad oriētalē plagā ꝛ fuit in
ꝯfinio zabulō yſachar ꝛ neptalim Hic mōs
inter tocius terre ꝓmiſſionis montes maxie
eſt famoſus racione ſituitatis. fertilitatis. a-
menitatis. fortitudinis et firmitatis. gleba
enim illius mōtis eſt fertilis vineis oliuis et
alijs arboribꝫ fructiferis herbis aer ibi ē ſa-
lubris ros frequēs ꝛ dulcis. ꝓpter tā tēpaneꝰ
q̄ ſerotinꝰ mediocris ibi arboꝝ ꝓceritas q̄
nō deponūt hyeme vel eſtate comā vel virorē
ſuū. ibi auiū multigenaꝝ canorus ſonitus et
canora ſuauitas quarum voce afficit̄ auditus
pennarū varia diſpoſicione ad eaꝝ aſpectū
ꝓuocatur viſus in cibariū ſuauitate delectat̄
guſtus ꝛ ideo multi ſunt ibi aucupes auicalis
locum iſtum frequētātibꝫ recia ꝛ tendiculas
imponentes ſicut dicit Iero. ſuper illū locum
oſee. iiij. q̄ſi rethe in paſſū ſup mōtē thabor ꝛc̄
Sup omīa aūt mōtē iſtū reddit ꝯmēdabilē
ꝑſencia ſaluatoris in hꝰ monte orauit i hoc
gracia oracionis pnoctauit. in hꝰ mōte aliq̄n
pauit populū ꝛ tam ſpirituali q̄ corpali pa-
bulo recreauit i huiꝰ mōtis eciā ſupcilio cum
diſcipulis ſuis ſe trāſfigurare voluit et future
claritatis gloriā i ſuo corpore diſcipul' reuelauit

¶ De ziph :·

Ziph mons ē ſqualidus ⁊ vmbroſus
in quo latuit dauid qñ fugit a facie
ſaul ⁊ eſt iuxta carmelon in monte
carmeli in quo nabal carmelites quodā ha
bitabat qui fuit de ſtirpe caleph vt dicit ie·
Eſt aūt mons multū nemoroſus· dumis et
arboribus infructuoſis conſitus ⁊ ſaltuoſus
feris ⁊ ybicibus puius· ſpeluncis et antris
plenus ⁊ plurimū cauernoſus· ⁊ ideo fugiti
uis et latere volentibus congruus eſt et ig
notis tranſeuntibus periculoſus ·

¶ De collibus ·

Collis ē tumor terre breuis terre pla
niciē trāſcendens et ad montis alti
tudinē nō attingens· Collis eñ mon
te eſt inferior ſed terra alcior ⁊ dicit̄ tumulꝰ
quaſi tumēs tellus vt dicit yſid· vnde ſolēt
colles montiū eſſe pedes · Nam de collibus
ad montes ſolemus aſcendere alciores · Et
dicunt̄ colles a colendo· quia cū minori labo
re colunt̄ q̄ꝫ mōtes ⁊ plus q̄ꝫ montes ab om
nibus incolunt̄ · et inhabitanᷣ plus aeri ⁊ ca
lori ſolari q̄ꝫ inferior terra exponunt̄ · et ideo
fructus in collibꝫ ad maturitatē cicius ꝓdu
cunt̄ · ymbre ⁊ rore celeſti plus colles q̄ꝫ val
les ꝑfundunt̄ Et ideo fructus accreſcētes in
collibus · aliis dulciores ⁊ ſapidiores inueni
unt̄ Item inter infimā terre ſupficiē ⁊ ſūmā
montis altitudinē tenent colles mediū quo
ad ſitū · ⁊ ideo aer craſſior ⁊ ſpiſſior i coll eꝫ
in monte· purior vero ⁊ ſubtilior ē q̄ꝫ in valle
Puriores eñ et nobiliores recipiunt colles
īpreſſiones ⁊ influēcias a ſuperioribꝫ q̄ꝫ val
les· ⁊ ideo tam fructus q̄ꝫ gramina ſūt in col
libus ſalubriora q̄ꝫ in vallibꝫ ⁊ aliis ꝑtibus
meliora vt dic̄ ꝯſt· Itē colles cicꝰ recipiūt ra
diorꝫ ſolis illuminacōēꝫ q̄ꝫ valles ⁊ velociorē
a nubibus irrigacionē · De montibus eciā
deſcendunt torrentes ⁊ riuuli ſuper colles et
de collibꝫ deriuant̄ ad cāpeſtria ⁊ ad valles

¶ De valle ·

Vallis eſt terra decliuis ac depreſſa
in montiū medio collocata vt dicit
yſid · Eſt aūt vallis aquarꝫ a riuul
fontiū defluenciū receptaculū ⁊ vehiculū · vñ
patet q̄ꝫ valles a riuulis ex montibus ema
nantibꝫ irriganᷣ ⁊ ex illorꝫ circūfuſiōe in flo
ribus fecūdant̄ · frondiū ⁊ florꝫ virore cicꝰ
decorant̄ · a montiū et colliū eleuacōe obum
brant̄ · In vallibꝫ eciā fit maior radiorꝫ ſola
riū ꝯcurſus ac ꝯfractio ac ꝯfluxus · Et ideo
calidiores impreſſiones in vallibꝫ q̄ꝫ in mon
tibus generant̄ ꝓpter qđ in vallibus cicius
q̄ꝫ in montibꝫ reſoluunt̄ niues · ex quarꝫ dif
fuſione loca circūiacencia humectant̄ vt dic̄
macrob · Et ideo valles calide · turbide groſ
ſe ⁊ vaporoſe per experienciā iudicant̄ · quarꝫ
habitatores calidis ⁊ humidis paſſionibus
ſepius moleſtant̄ vt dicit ꝯſtā · Domus et
edificia in vallibus ꝯſtituta · minus ventorꝫ
et tempeſtatū incōmodis ꝓpellunt̄ q̄ꝫ illa q̄
in mōtibꝫ collocant̄ · Nam montiū obiectu
tuent̄ · ⁊ a ꝓcellarꝫ inundanciū impetu defen
ſant̄ · terremotu incole valliū raro infeſtant̄
cuius racio ē · quia partes terre in valles re
ſidentes magis ꝯprimunt̄ et ſibi inuicē for
cius adunāt̄ Et ideo venti illas partes dif
ficilius penetrāt ⁊ ſubintrant · ꝓpter qđ par
tes ille quia minime ſunt ꝯcaue ⁊ poroſe mi
nime a ventorꝫ ſubintranciū impetu agitant̄
ꝓpter qđ non mouent̄ vt dicit̄ ariſ · Ad val
les eciā ꝯfluūt ſordes · ⁊ ibi diucius reſeruā
tur · ꝓpter aeris corpulenciā valles cicius q̄ꝫ
montes · groſſis ⁊ fumoſis vaporibus obnu
bilant̄ ⁊ denſioribꝫ tenebris obſcurant̄ · Vñ
partes valliū plus q̄ꝫ montiū ꝓfundant̄ ad
centrū et a celi circūferencia plus elongant̄
Itē ex aquarꝫ mltiplici ꝯcurſu ⁊ limi ac luti
obiectu paludes quaſi inuadabiles in valli
bus frequentiſſime coadunant̄ · et loca ad
trāſuadandū difficilia inueniunt̄ · Itē ex hu
morꝫ habundācia carices ⁊ gramina in valli
bus maxime nutriunt̄ · ſalices ⁊ alie infruc
tuoſe arbores in vallibus plus q̄ꝫ in monti
bus creſcere dinoſcuntur :·

¶ De campo :·

Campus ſcđm yſid · ē terre planicies
nec depreſſa vt vallis · nec erecto vt
montes · ⁊ ideo quia eq̄lis eſt pedibꝫ
campus eſt vocatus · a campis greco qđ breue
vel equale dicit̄ in latino · Et eſt campus lo
cus planus et incultus · nec vomere ſulcatus
nec ſtercorē impiguatus · ſed pocius deambu
lacioni vel deductioni aut militari exercita
cioni iuxta ciuitatū habitacula deputatus ſcꝫ
ꝯmunis ⁊ publicus omniū aſpectibus expo
ſitus vſibus reipublice aſcriptus nulli ꝓpus
ſed omniū vtilitatibus aſſignatus :·

¶ De agro ·

Ager vt dicit yſid · li · xv · dicit̄ · eo q̄ꝫ
in eo aliquid agat̄ · omnis eñ ager
vt ait varro aut ē cultus · i · racіona
lis · aut ꝯſitus · i · arboribꝫ aptus aut paſcu
alis · quia herbis tm̄ pro animalibꝫ vacat
aut floreus ortus ſcꝫ floribꝫ et apibꝫ aptus
Vnde ſm antiquos ager eſt terra culta · rus
vero terra inculta vt ſilua ⁊ paſcua in qua tā
pecus q̄ꝫ lac haberi poteſt vnde ⁊ ruſticus no
minat̄ · Nam agreſtiū hec prima et ocioſa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

felicitas eſt· vñ ⁊ ager dicit̃ a paſcuis·quia
a diuiſoribꝰ agroꝝ vicinis paſcendi gracia
eſt relictus ſicut alluuius dicitur ager ·quẽ
paulatĩ fluuius in agrũ reddit ſic ⁊ arcifi-
nius dicit̃ ager·quia a certis lineaꝝ mẽſuris
non ↄtinet̃ ſed arcet̃ finis eius obiectu mõ-
tiũ ⁊ arcuũ ⁊ eciã fluuioꝝ Sic ⁊ noualis ager
dicit̃ primũ ꝓſciſſus·ſiue q̃a alternis ãnis
vacat vt renouet ſuas vires·Noualia enĩ
ſemel cum fructu erunt et ſemel vacua ſine
fructu permanebunt·Aliqñ eciã dicit̃ ager
ſqualidꝰ q̃ſi excolidus ſic dictus·eo q̃ a cul-
tura iam exierit ſicut excõſul·eo q̃ a ↄſolatu
iam diſceſſerit·Aliqñ dicit̃ ager vliginoſus
id eſt ſemper humidus·nam humidus dicit̃
qui nñq; ſiccat̃·vligo aũt eſt humor terre
naturalis ab eo nunq̃ recedẽs·Vnde yſid·
li·xv·ca·xiiij·Ager eſt igit̃ locus exercicij
laboris ⁊ ſudoris·nam cũ labore ager excolit̃
ligone percutit̃·fodit̃·euertit̃·vomẽ aperit̃
ſemine ſerit̃·raſtro tegit̃·rore ⁊ ymbre per-
fundit̃·ſpinoſis ſepibus circũdat̃ ⁊ munit̃
hyeme gelu ⁊ frigore ↄſtrĩgit̃·in eſtate eſtu
et caumate vrit̃·vere ſiue verno tp̃e colitur·
in autũpno collectis fructibus iterato ꝓſcin-
dit̃ vomere ⁊ ſic alternatis laboribꝰ ↄtinue
laſceſſit̃·

De predio·

Prediũ ſcḋm yſid·dicit̃ quaſi preuidiũ
eo q̃ ſibi a patrefamilias in oĩbus
preuidet̃·Et ẽ ꝓprie locus in quo a
patrefamilias in medio agroꝝ ſuoꝝ domici-
liũ preparat̃·vel dicit̃ prediũ·eo q̃ antiquĩ
agros quos bello ceperãt prede nomine poſ-
ſidebant vt dicit yſid·

De prato·

Pratũ eſt cuius fenicopia armenta
ↄtinent̃·cui veteres romani nomẽ de-
derũt·eo q̃ ſit locus qui protinus ẽ
paratus·quia culture laborẽ non requirit vt
dicit yſid·Et iõ talia loca dicunt̃ prata·q̃a
ad fenũ et ad gramina ſunt parata·Prata
ſiqui dẽ fluminibus·riuulis·⁊ fontibꝰ irri-
gant̃·et ideo ꝓpter humoris habundanciã
herbarũ radicibus nutrimentũ ↄtinue mi-
niſtrant̃·herbis ⁊ floribus diuerſi generis
decorant̃·Et ideo ꝓpter vernantẽ et virentẽ
quã pretendunt pulchritudinẽ prata ridere
dicunt̃·Prata eciã ſuo virore delectãt viſũ
ſuo odorẽ afficiunt olfactũ·graminũ ſuoꝝ ſa-
pore reficiũt guſtũ·pratoꝝ herbe ⁊ flores mel
apibus adminiſtrãt·lactis copiã in armẽtis
⁊ gregibꝰ generant ⁊ augmentãt·vulnera curãt
et ↄtra diuerſos morbos remediũ preſtant·

De deſerto·

Deſertũ eſt terre ſpaciũ ſic dictũ·q̃a
ab hominũ frequentacione ⁊ habi-
tacione deſerit̃·nec ab hominibus colit̃ nec
inhabitat̃ vt dic̃ yſid·Et hꝰ ↄtigit aliq̃ciẽs
ꝓpter terre ſterilitatẽ ſiue ꝓpter aeris intẽ-
periẽ·ſeu ꝓpt aquaꝝ ⁊ fontiũ defectibilitatẽ
ſiue ꝓpter hoſtiũ vaſtitatẽ·vnde deſertũ eſt
incultũ ſpinis ac ſentibus plenũ·reptilibus
et venenoſis aĩalibꝰ pertuiũ·beſtiarũ ⁊ feraꝝ
ſilueſtriũ domiciliũ·fugitiuoꝝ ⁊ latrocinãciũ
habitaculum·terra ſitis et ariditatis·terra
eſtus ⁊ ſqualoris·terra vaſtitatis ⁊ horroris
terra deuij ⁊ erroris Nam in deſerto vie ſũt
deuie·calles et ſemite non ſũt trite·miricis
et alijs fructibus infructuoſis conſite atq;
plane·arenoſe·lapidoſe·puluerulente·fe-
tulente·et alijs incommodis itinerantibus
plurimũ oneroſe Et dicunt̃ deſerta vt dicit
yſid·quia non ſerunt̃·vnde loca ſiluarũ et
montiũ que a ſemine vacua deſeruntur deſerta
nuncupant̃ Non minꝰ tamẽ deſerta dicunt̃
loca prius inhabitata ⁊ poſt caſu aliquo de-
ſolata vt dicit idem·

De heremo·

Heremus autem eſt inuia ſolitudo·a
paucis niſi a feris ⁊ beſtijs habitata
Vnde heremite dicuntur homines
deſerta ſolitudinis appetẽtes·ſe ab aſpectu
hominũ ſequeſtrãtes Dicit̃ hꝰ heremus ſẽ-
per contrariũ ab hereo heres·quia pauci ibi
herent atq; manent·Vel dicitur heremus
quaſi herens humus·quia dura et ↄpacta
ſolet eſſe terra·que heremus vel ſolitudo vſu-
aliter eſt vocata In locis autem heremiticis
⁊ ſolitarijs fere ſilueſtres·liberius q̃ in alijs
locis euagantur·ſecurius ↄmorantur·Ibi-
dem eciã ꝓpter nemoꝝ ſpiſſitudinẽ ⁊ ſiluaꝝ
multitudinẽ volucres ſilueſtres dulcius mo-
dulantur·ibidem eciã nidificant ⁊ ↄuerſant̃
Et ideo ꝓpter ferarũ multitudinem et auiũ
frequenciã·talia loca quãuis ſint ſolitaria
aliquando a venatoribus frequentantur ibi
eciã aucupũ laquei et recia ſepius occultant̃
Taliũ eciã locoꝝ habitatores pluribus la-
boribus exponuntur·nunc gelu·nunc eſtu
excruciant̃·nunc rore·nũc ỹbre·nunc pruina
nũc niue ꝑfundunt̃·raro niſi forſan a latro-
nibꝰ vel venatoribꝰ inq̃etant̃·Et ideo locus
heremiticus q̃uis multũ habet afflictionis
tedij et laboris·plurimũ tamen optinet cõ-
modi ⁊ quietis·

De antro·

Antrũ ab atro eſt dictũ·eo q̃ atris
tenebris ⁊ horridis ẽ ſuffuſũ vt dic̃
yſid·Eſt enĩ ꝓpriũ beſtiaꝝ in cauernis
manenciũ latibulũ in quibꝰ latitãtes prede
inſidiant̃·⁊ iõ ſpecus a ſpeculãdo antꝝ dicit̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lib 15

122

quia inde poſt ſuas predas diligencius ſpe
culan² vt dicit yſid. Eſt aūt antrū in eſtate
frigidū. in hyeme vero calidū ꝛ fetibus ani
maliū nutriendis ꝛ occultandis eſt aptū. ex
ſudoribꝫ aūt ꝛ vaporibꝫ aīaliū fetidū ē ꝛ cor
ruptū.

De foſſa.

Foſſa a fodiendo eſt dicta. eo q᷒ ſit
terra viribus ꝛ ingenio fodienciū ꝓ
fundata. que q̄to plus in ſua ſupfi
cie terra accumulata erigi². tanto inferi⁹ am
plius ꝓfundaꝫ. ꝛ q̄to alcior eſt ꝛ ꝓfundior
tanto eius tranſitus difficilior ꝛ piculoſior in
uenitꝛ quā qlibet cadendo facillime ingreditꝛ
ſed poſt caſū de ipſa faciliꝫ non exitꝛ vt dicit
greg. Ideo eciā dicit iero. ſup eze. pͥp. leo in
foueis capitꝛ Nam facta fouea ouis vel cap
in eius fundo ponitꝛ. cuius odore allectus leo
foueā prede gracia ingreditꝛ. ſed poſtq̄ eā in
greſſus fuerit. ibidē ne exeat detine² Fouea
eciā intra foueā a latere ad modū ſpelunce
foditꝛ que ad modū ciſtule ꝑparatꝛ que de fa
cili clauditꝛ ꝛ de difficili aperi² Qū ergo leo
videt ſe non poſſe de prima fouea egredi. ti
mens venatoꝝ venabula. latendi grā. ſcdaꝫ
foueā ingreditꝛ. et ibi in cauea ad hoc parata
clauditꝛ. capitꝛ et captiuus detinetꝛ vt dicit
iero. Fouee eciā vtiles ſunt ꝛ neceſſarie. q̄a
foſſatis ciuitates ꝛ caſtra ne hoſtibus pate
ant muniūtꝛ Foſſatis inſup terrarū ſpacia
et habitaculoꝝ termini ab inuicē diuiduntꝛ
Replentꝛ nichilominꝰ fouee aquis in quibꝫ
piſces ꝛ reptilia diuerſi generis nutriun² vñ
et fouea quaſi fouens aquas eſt dicta Nā
in foueis fouentur et ſeruantur aque nunc
fluxibiles nunc ſtatiue. nunc eas ſubmittūt
torrētes ꝛ pluuie. nūc in eis erūpunt capita
fontiū ꝛ ſcaturiūt riuuli aque viue Sūma
vero ꝛ precipua ꝛ omniū municionū fortitu
do ꝛ tutela ſolet eſſe fouea qñ in lato ꝛ in lō
go in alto ꝛ in ꝓfundo ordine ɔgruo ē parata
Nam inacceſſibilis eſt locus ſic munitus.
niſi aggere nauigio vel ponte talis fouea
tranſeatur vt dicit Jeronimus.

De ſpelunca :.

Spelunca ē fouea ſubterranea a ſpe
culando dicta. quia ꝓpter ſui latitu
dinē ad circūſpiciendū eſt apta. latū
enī et a parte luci expoſitū habet introitū. ſꝫ
in fine. finē ſiue terminū habet arcū. Unde
ſpelūca locus eſt ſubterraneus. primo quidē
euidens et lucidus in ingreſſu. deinde obſcu
rus ꝛ turbid⁹ in ꝓgreſſu. tādē durus arcus ꝛ
hiſpid⁹ in egreſſu. ſi tñ egreſſus aliqñ poterit
inueniri vt dicit dam. In locis aūt minera
libus vbi effodiuntur lapides ꝛ metalla po
tiſſime ſūt ſpelūce. que quidē racione extrac
cionis lapidū ſeu metalloꝝ remanētꝛ vacue
quibuſdā tñ colūpnis ſiue alijs appodiacio
nibus ne corruant ſunt fulcite. Sepe tñ vel
nimia mole terre. colūpne ille deſuper aggra
uate. ſiue ꝓprie materie mollicie reſolute. ſū
fundi inferioris humore relaxate corruunt ꝛ
ſic omnia in illis ſpeluncis exiſtēcia obruūt
et ɔfundunt. vnde in ſpeluncis manere peri
culoſū eſt et difficile. tū quia frigide ſunt et
humide. obſcure. inſtabiles ꝛ incerte. tū eciā
quia hiſpide et dure. in ſupficie graues et in
infimo ɔcaue ꝛ ꝓfunde Sūt eciā loca ɔgrua
occultacōi feraꝝ ꝛ habitacōi ſordiū ꝛ immundi
ciaꝝ depoſicōi. ſerpentū ꝛ alioꝝ ꝛeptiliū manſiōi

De cauerna.

Cauerna ē terra ɔcauata a cauādo dcā
eo q̄ partes terre ɔcauentꝛ ꝛ pforētꝛ
a reptilibus ꝛ ab inuicē vel per par
ciū ɔpreſſionē ſiue euacuacōe; ꝛ eiectionē di
uidātꝛ. In cauernis ſiquidē mures ꝛ reptilia
et vermes ſuas faciūt manſiones. ad quas
ɔfugiunt qñ timent vel vident ſibi imminere
ab extrīſeco aliquas leſiones Ad cauernas
eciā tam lapidū q̄ arboꝝ. qñq; ɔfugiūt volu
cres columbe ſcꝫ ꝛ turtures. qñ vident aqui
las ꝛ accipitres in aere venientes Similiter
herinacij cuniculi ꝛ lepores fugiunt ad cauer
noſos lapides. qñ audiunt canes vel preſen
ciunt venatores. In cauernis eciā tam terre
q̄ arboꝝ mellificant ſepe apes. nidificāt que
dā volucres latitant eciā ꝛ in cauñis colubri
et ſerpentes. qui ſepe ledūt ꝛ pungunt vene
noſo morſu homines et beſtias ad tales cau
nas appropinquantes. terra inſup qñ eſt ex
ſe cauñoſa ꝛ ſpōgioſa patitꝛ ſepe motū ꝛ agi
tacōe; ex vento ſubitāte poros ſuos ꝛ ꝛeplēte
ex cui⁹ agitacōe gnatꝛ terremot⁹ vt dic ariſ.

Explicit liber quartuſdecimus. Incipit
quintuſdecimus de prouincijs :

De terre aūt partibus et di
uerſis prouincijs per quas — *Diuiſio orbis*
orbis generaliter ē diuiſus
pauca huic operi ſunt adiu
uante domino breuiter inſe
renda. Non tñ de ſingulis
ē dicendū. ſꝫ ſolūmodo de hijs de quibꝫ ſacra
ſcriptura ſepius inuenitꝛ facere mencionē.

De orbe.

Orbis aūt vt dic yſid. li. xv. tripha
rie eſt diuiſus Nam vna pars aſia — *Aſia, Europa, Aſia partes mundi*
alia europa. tercia affrica appellatꝛ.
quas tres partes orbis veteres non equaliꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Situs trium part.

diuiſerunt Nam aſia a meridie per orientē vſq₃ ad ſeptētrionē peruenit. Europa vero a ſeptētrione vſ₃ ad occidentē ptingit Sed affrica ab occidente per meridiē ſe extendit Sola quoq₃ aſia cōtinet vnā partē noſtri habitabilis ſc₃ medietatē. Alie vero partes ſc₃ affrica ⁊ europa aliā medietatē ſūt ſortite Inter has aūt ptes ab occeano mare mgnū progredit̄ eaſq₃ interſecat. quapropt̄ ſi in duas partes orientis ⁊ occidentis orbem diuidas. in vna parte erit aſia. in alia vero affrica et europa. Hic autē diuiſerunt poſt diluuiū filij noe inter quos ſem cū poſteritate ſua aſiā. iaphet europā. cham affricā poſſederūt vt dicit glō ſup geñ. x. ⁊ ſup li. paliꝑ. ꝑmo Idem dicit criſoſtom⁹. yſid. ⁊ plini⁹.

Asia respicit orientem.

## De aſia.

Asia itaq₃ que media credit̄ eſſe ps orbis. ex nomine cuiuſdā mulieris ē appellata. que apud antiq̄s regnū tenuit orientis vt dic̄ yſid. li. xv. Hec ī tercia pte orbis diſpoſita ab oriēte hab₃ ortū ſolis a meridie occeanū. ab occaſu nr̄o mari ſini᷑ a ſeptētrione meotidi lacu ⁊ fluuio thanai terminat̄. Habet autē multas ꝓuincias et regiones. et diuerſas genciū nacōes in vita ⁊ in moribus mirabiles. figuris corpm ſicut et affectibus menciū mirabiliter differētes quarū nomina ⁊ ſitus breuiter hic ponem⁹ ſequēdo ordinē alphabeti.

Asie provincie multe.

## De aſſiria.

Assiria aſie eſt regio ⁊ ꝓuincia ab aſſur filio ſem ſic vocata. quia illā regiōe₃ ꝑmo poſt diluuiū īhabitauit et incoluit Hec ab oriēte habet indiā. a meridie mediā tangit. ab occidente habet tigrī ⁊ a ſeptētrione montē caucaſū vbi porte ſūt caſpie vt dic̄ yſid. li. xv. In hac regiōe ꝑmo inuentus fuit vſus purpure. Inde eciā ꝑmo criniū ⁊ corpm vngenta ꝓceſſerūt pariter ⁊ odores. ex quib₃ effluxit romanoꝝ luxuria et grecoꝝ vt dicit yſid. Et ē terra in tēpatis regionib₃ tem patiſſima. ſed in multis extremitatib₃ ꝓpt̄ diſtēpatas terre mānſiones ſicut in beſtijs ⁊ ſerpentib₃. ſic eciā in hoīm morib₃ eſt in plurib₃ inquieta vt dicit pli⁹. li. iij. vbi deſcribit hominū feritates In hac ꝓuincia habitant aſſirij ab aſſur dicti. gēs potentiſſima ab antiquo. ab eufrate vſq₃ ad indoꝝ fines omniū in medio terre tenuit regionē vt dic̄ yſid. li. ix.

## De arabia.

Arabia aſie ē ꝓuincia ſacra. i. thurifera nuncupata vt dicit yſid. li. xv. ibi eñ maxime habundāt arbores thurifē ⁊ alie odorifē ꝓpt̄ quā ſacrā aromatū fragranciā greci eā eudemō. latini beatā vocauerūt vt dic̄ idē ibidē In ei⁹ ei ſaltib₃ mirra et cinamom᷑ creſcūt ⁊ cetera medicinalia potiſſime inualeſcūt. Ibi naſcit̄ auis fenix et aliaꝝ rerū ſiluestriū tā beſtiaꝝ q̄ʒ volucꝝ diſſimilis ⁊ varia multitudo In arabia eciā eſt diuerſitas gēmaꝝ. Nā vt dicit yſid. pli⁹. ⁊ oro⁹. ibi triplex ſardonix ⁊ gēma yris. ꝑmo multiplex gēmaꝝ numerus inueni᷑ Ibi eñ inueniunt̄ dracones et quidā aſpides in quoꝝ corpib₃ diuerſaꝝ gēmaꝝ precioſitas inuenit̄ In ipſa eſt ſaba ſic a filio chus nūcupata ⁊ eſt ps terre arabie ſup ſinū maris ꝑſici coangustata ⁊ v̄ſus ſinū arabicū ꝯſūmata. de ſaba quere infra.

## De armenia.

Armenia ab armeno iaſoīs theſſali comite ē vocata q̄ amiſſo rege. iaſon collecta multitudine eoꝝ qui paſſim vagabā᷑ armeniā cepit. ⁊ ex ſuo noīe noīauit vt dic̄ yſid. li. xv. Hec ē terra ararath. in quā fugerūt filij ſennacherib qñ ipſū in tēplo dei ſui orantē interfecerūt. vt narrat hiſt. li. reg. Et dicit̄ ararath mōs in quo archa noe p⁹ diluuiū requieuit Sita aūt ē hec armenia inter montē tauri et caucaſi a capadocia vſ₃ ad mare caſpiū ꝓtenſa. habens a ſeptētriōe montes ceraneos. e quibus fluuius tigris naſcit̄ vt dicit idem yſid. plini⁹. ⁊ criſoſto⁹ Eſt aūt duplex armenia ſc₃ ſupior ⁊ inferior ſicut et due pannonie in quarū vtraq₃ mira quedā ⁊ mōſtruoſa quo ad nos ſepi⁹ inueniunt̄ Terra tñ armenica vbi attigit litora tigris vel euphratis. herbis et frugib₃. nemoribus. ortis et fructib₃ eſt iocundiſſima īmltis tñ beſtiaꝝ crudeliū ⁊ ſerpentū generib₃ ē repleta vt dicit idē Et de hoc multa narrat plini⁹. li. ij.

## De aradia.

Aradia ſiue aradyn. ē inſula que tota eſt ciuitas ſita ī mari mediterraneo non longe a tyro vt dicit glo. ſuper locū illū eze. xxvij. Filij aradij in exercitu tuo erāt. Viri ei ſūt nautici ⁊ in pugnis naualib₃ eruditi.

## De albania.

Albania aſie maioris eſt prouincia a colore populi nuncupata. eo q̄ʒ albo crine naſcant̄. Frigida eñ regio eſt reſpectu aliarū regionū que aſie aſcribunt̄. Hec albaīa h₃ ab oriēte mare caſpiū ⁊ ſurgit ꝑ ora ſeptētrional̄ occeani vſ₃ ad meotides paludes ⁊ deſerta loca īcultiſſima ſe extendēs Huic terre ingētes ſūt canes aīo et corpe tā feroces vt tauros ꝑimant. leones ꝑimant ⁊ elefantes beluaꝝ fortiſſias ſupēt ⁊ ꝓſternāt vt de albanoꝝ cane exēplificat pli⁹. q̄ miſſus alexādro de leone apro ⁊ elephāte in ſtadio triūphauit vt dicit idē li. viij. ca. de canib₃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lvb 15


albanie· hic vero gens oculos habet pictos
et glaucos in pupilla adeo vt melius de noc
te videant q̄ de die vt dicit idem et yſid·li·
xiv· Idem eciam ꝑ miro ſolin⁹ narrat :·

¶ De atthica:·

Atthica ꝓuincia eadē eſt que et gre
cia antiq· cui⁹ pars vel ciuitas dice
bat̄ ciuitas athenaꝝ que quondā fuit philo
ſophoꝝ nutrix et mater liberaliū litterarū q̄
nichil habuit grecia clarius nichil nobilius
q̄ diu amoris ſapiēcie ſtudio operā impende
bat vt dicit plini⁹ et yſi⁹·li·xv· doct⁹ atthi
ce ꝓuincie plato athenarū doctor fuit· hanc
demoſtenes eloquēcia p multoꝝ ſeculoꝝ tpa
publicauit vt refert ſaluſti⁹ Sed ſup omia
eam ꝯmēdat ariopagita pauli diſcipulus cu
ius ſapiencie ꝓfūditas toci⁹ fere p tres ſeculi
decorauit vt dicit ephiphani⁹ i dioniſij ario
pagite ꝯmētacione ꝓvt idem refert yſid :·

¶ De achia

Achia grecie in europa ē ꝓuincia ab
acheo q̄dā rege antiq̄t⁹ appellata· hec
ꝓuincia fere tota iſula eſt· nam a ſeptentrio
ne vbi macedonie iūgit̄ vndiqꝫ ſepta ē ma
ri· nā ab oriēte habet cyreneū mare ab euro
creticū· a meridie ionū· ab affrico ⁊ occaſu caſ
ſopias inſulas· a ſola ſeptentrionali pte ma
cedonie et attice grecie ſociat̄· Cui⁹ ꝓuincie
caput eſt corinth⁹ locus munitiſſim⁹ vt dicit
yſid·li·xv· nam ad ipſam pat; vix acceſſus
ꝓpter ſitus altitudinē multitudinē populi ⁊
ꝓpter municōis fortitudinē ⁊ maris vicini
tatē· hanc ꝯdidit corinth⁹ horeſtis filius q̄ꝫ
greci corintheā vocāt· i· rei publice ad miniſ
tracionem vt dicit yſid·li·xvi :·

¶ De archadia

Archadia eſt ꝓuincia int̄ ioniū mare
et egeum vt dicit yſid· collocata q̄m
archa iouis fili⁹ ab incolis deuict⁹ ex ſuo noie
archadian nominauit· nā eciā ſicionia a quo
dam rege ſicionio in poſterū eſt vocata vt di
cit yſid·li·xv·

¶ De alania

Alania pma ē ps ſytie q̄ pma et max
ima regio eſt europe· que ſcꝫ europa
incipit a flumine danay deſcēdens
ad occaſū p ſeptētrionalem occeanū ⁊ vſqꝫ
in fines hyſpanie ſe extendit cui⁹ pars orien
talis et meridionalis a ponto ꝯſurgēs tota
in mari magno ꝯiungit̄ et in inſulas gades
finit̄ Vt dicit yſid·l·xv· pars ita; ſicie pma
eſt alania q̄ ad meotides paludes ptingit ⁊
vſqꝫ ad daciam ſe ꝓtendit Eſt aūt regio la
tiſſima multas ⁊ ſeuas ꝯtinēs barbaras na
ciones ſub frigido climatē conſtituta ab ori
ente declinans ad aquilonem :·

Amazonia eſt regio ptim in aſya pti
ſita i europa q̄ albanie eſt vicina ⁊

¶ De amazonia

ab amazonib; eſt vocata· Fuerūt aūt amazo
nes gotoꝝ qui exierūt de inferiori ſictia vx
ores vt dicit yſid·li·ix· que maritis ſuis i do
lo interfectis viroꝝ ſuorū arma arripiētes
hoſtes virili aīo aggreſſe de maritoꝝ ſuorū
nece ſūpſerūt debitā vlcōnem nā omnē maſ
culū a ſene vſqꝫ ad puulū in ore gladij pime
runt et femias reſeruantes et hoſtiū ſpolia
diripiētes deinceps pⁱter ſine maſculoꝝ ꝯſor
cio viuere decreuerūt q̄ duas reginas ſcilicet
marſepiā ⁊ lāpeta maritoꝝ ex° qui ſemp du
os ſolebāt eſſe reges ſup ſe ſtatuerūt· quaꝝ
vna pcedens cū exercitu ꝯtra hoſtes dimi
cabat altera interim rem publicā gubernat·
effecte ſūt autē tam fortes breui tēpore bella
trices q̄ magnā ptem aſye fere· c· annis do
minio ſuo ſubiecerunt inter ipſas vero nullū
permit⁹ maſculū viuere vel morari racione ali
qua pmiſerūt ex finitimis rāgētib; maritos
ſobolis gracia elegerūt· ad q̄s ſtatutis tēpo
ribus accedētes plem ꝯceperūt· Sed tēpe
cōpleto ad ꝯcepcionis officiū inſtituto mari
tos a ſe recedere et alias manſiones q̄rere coe
gerūt maſculos autē filios vel emactabant
vel recto tēpore patrib; trāſmittebant· filias
vero ſibi reſeruantes eas ad ſagittādū et ve
nandū informabāt ⁊ ne in ſagittaꝝ ictibus
mamillaꝝ groſſicie impedirent eis in· vij· vt
dicit̄ āno mām̄as exurebant· et ideo amazo
nes ſunt dicte· i· ſine māma vt dicit yſid·li·
ix· has vnimām̄as antiquis mlti vocauerūt
Quaꝝ feritatem domuit vt dicit̄ pmo hercu
les· demū achilles· Sed hic poci⁹ fuit pami
ciā q̄ plures ſicut in geſtis grecoꝝ et ama
zonū ꝯtinet̄· Dicit autē yſid· q̄ p allexan
drū magnū amazones vſqꝫ ad internecionē
penit⁹ ſūt delete· Sed hyſtoria allexādri hec
non dicit· pmo dicit̄ amazonū regina allexā
dro poſtulāti tributa pnūcios reſcripſiſſe·
De tua prudēcia eſt mirādū q̄ cum feminis
cōſtrīgere ſtatuiſti· q̄re ſi fauente nobis for
tuna· ſuccūbere te ꝯtingat merito es cōfuſus
cum a mulierib; ſis deuictus· q̄ ſi iratis no
bis dijs non deuinceris paꝝ tibi poteris re
dere ad honorem q̄ de mulieribus triūphaſ
ti· Sup cui⁹ reſponſo ad amiracionē ductus
rex glorioſus dixit decens fore non p gladiū ⁊
furorē mulieres vincere· Sed pocius p amo
rem propter q̄ libertatem eis conceſſit ⁊ ip
ſas nō violencia ſed pocius amicicia ſuo im
perio ſubiugauit :·

¶ De alemānia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alamãnia nobilis ꝗ gl'oſa eſt regio in europa a lemanno fluuio vltra da-nubiũ ſcḋm yſi. ſic vocata vbi illius re-gionis incole prius habitauerit qui a fluuio lema-no alemãni dicti ſunt. Hec eciã germania dicta eſt vt dicit yſi. li. xv. vbi dicit poſt daciã q̄ finis eſt ſitie inferioris occurrit germania ab oriẽte habens danubiũ a meridie renum fluuiũ. a ſeptẽtrione et occaſu occeanũ Et eſt duplex germania ſcʒ ſuperior q̄ ſe extendit vſ ad alpes et mare mediterraniũ ſiue adri-aticũ vbi mare magnũ ſiſtitur in aquileis ptibꝫ per paludes. Alia germania eſt circa renum vtraqʒ germania diues eſt terra. et inclita et tam viribꝫ q̄ diuicijs ac bellicoſis populis numeroſa Unde a fecũditate gignen-dorũ populorũ a germinando germania eſt vocata vt dicit yſid. li. xv. Genero ſos eni ꝗ immanes gignit populos. de quibꝫ dicit in li. ix. yſid. Germanie naciones ſunt multe. immania corpora habentes viribꝫ fortes au-daces animo et feroces idomiti raptu capti-bꝫ et venacionibꝫ occupati. facie decori ꝗ for-moſi. ornati et coma flaui. liberales animo hilares et iocundi et potiſſime ſaxones qui in p̄dictis ſũt precellentes. de q̃bꝫ dicit yſi. Saxonũ inq̃t gens in occeani ſinibꝫ ꝗ lito-ribꝫ ꝯſtituta. v̓tute ꝗ agilitate agilis Unde ꝗ ſic eſt appellata eo q̄ valẽtiſſimum ſit genꝰ hominũ pſtanciꝰ ceteris piratis. Nõ eni p terrã ſolis ſuis hoſtibꝫ ſũt infeſti. verũ eciã per mare illis q̄ ſe moleſtãt ac ſi eſſent ſaxei ſũt iportabiles atʒ duri q̄ꝫ terra valde fruc-tifera. aquis ꝗ fluminibꝫ optimis irrigua. in ipſorũ eciã montibꝫ effodiũtur omnia fere metalla preter ſtannũ. Sunt et alie ꝓuĩcie in vtraqʒ germania q̄ nõ ſunt minus laude digne vt ſunt auſtria bauaria circa danu-bium. ſueuia alſacia circa renũ et alie multe quas per ſingulos enumerare eſſet tedioſum A ſaxonibus aũt germanicis anglici poſſ-ſederunt quorum progenies et ſucceſſio bri-tanniam inſulam poſſidet quorum liguã et mores anglicorum gens vſqʒ hodie in plu-ribꝫ imitatur vt dicit beda i libro de geſtis anglicorum. Quere infra de litera. ſ. de ſax-onia. ꝛc.

De anglia.

ANglia occeani eſt inſula maxima. que circũfuſa mari a toto orbe vndiʒ eſt diuiſa q̄ quõdã albion ab albis rupibꝫ a lõge circa maris litora apparẽtibus eſt vocata. quam ſuccedente tempore quidã proceres de troie excidio diſcedentes facta claſſe pallidis vt fertur oraculo ad pre-dicte inſule litora puenerũt q̄ cũ gigantes qui tũc terrã poſſederũt diucius pugnantes arte pier et v̓tute inſulã ſupatis gigantibꝫ ſuo dominio ſubiecerũt et a bruto q̄ illiꝰ ex-ercitꝰ erat princeps terrã vocauerũt britãniã q̄ſi inſulã a bruto tũc tẽpis armis et potẽcia acq̃ſitã a cuiꝰ bruti ꝓſapia reges potẽtiſſimi poſſederũt. quoꝝ opera magnifica ſi q̄ʒ audire delectat hyſtoriã bruti legat. illa aũt eadẽ inſula poſt lõga tẽpora a ſaxonibꝫ germaĩcis multis ꝗ varijs interueniẽtibꝫ ſeuiſſimis p̄lijs eſt acq̃ſita et a ſuis poſteris eſt poſſeſſa qui britonibꝫ vel mortuis vel exulatis inſulã int̓ ſe diuiſerũt ꝗ ſingulis ꝓuĩcijs ſcḋm lingue ſue ꝓprietatem nõia imponẽtes lingue gentis ſue memoriã reliq̃rũt vocãtes inſulã angliam ab engela regina clariſſimi ducis ſaxonũ filia q̄ illã inſulam poſt multa prelia poſt poſſedit yſid tamẽ dicit. angliam ab angulo dictam q̄ſi terrã in fine vel q̄ſi mũdi angulo ꝯſtitutã Sʒ beatꝰ greg. vidẽs angloꝝ pueros rome venales tempore paganoꝝ audiens q̄ eſſẽt anglici alludens patrie vocabulo reſpondit. Vere inquit ſunt anglici q̄a vultu nitent vt angeli. illis oportet verbis ãnũciare ſalutis Nam vt dicit beda germanica nobilitas ad huc in puerorũ vultibus reſultabat. de hac inſula dicit pli. multa. Similit et oroſiꝰ ſed yſi. ſũmatĩ tangit expſſius q̄ alij obſcurius dicẽdo. britãnia ſcʒ que nũc dicit anglia eſt inſula q̄ contra aſpectũ gallie et hyſpanie eſt ſita. circuitus eius optinet q̄dragies octies ſeptuagintã. v. milia. multa et magna flũia ſunt in ea fontes calidi. metalloꝝ eciã larga copia. gagates lapis ibi plurimꝰ et marga-rita gleba optima ꝗ diuerſis fructibꝫ valde apta. ibi oues lanigere in p̄cipua habundã-cia ibi ferarũ ꝗ ceruorum multitudo nimia in uenit̓ pauci lupi vel nulli in inſula repiunt̓ ꝗ ideo oues que ibi maxime habundant tutiꝰ in caulis ꝗ in paſcuis ſine cuſtodia relinq̃t̓ vt dicit beda. Unde q̄dam deſcribens inſulam ãglicanã metrice ſic dixit. Anglia t̓ra ferox ꝗ fertilis angulus orbis Inſula p̄diues que toto vix eget orbe. et cuius totꝰ indiget orbis ope. anglia plena iocis gens libera apta io-cari. libera gẽs cui libera mens ꝗ libera lingua Sed ligua melior liberior q̄ʒ manus. multas alias ꝓſequi gentis ꝗ inſule dignitates hic interponere eſſet lõgũ. q̄re infra de britãnia

De aquitannia

AQuitãnia gallie eſt ꝓuĩcia in euro-pa vt dicit yſi. li. xv. ꝗ ẽ ſic ab obliq̄s aq̄s ligeris fluũs q̄ ex pluriã pte t̓miꝰ eiꝰ eſt eam q̄a pene in orbẽ circũcigit appellata

Terra ſiquidē fertilis ⁊ amena · oppidis ciuitatibꝰ ⁊ caſtris preclara · aq̄s ⁊ fluminibꝰ irrigua · ſiluis · campis · ortis ⁊ pratis decora vineis ⁊ arboribus fructiferis diuerſi generis conſita ⁊ magnis diuicijs opulenta · Sub nomine vero aquitannie multe ꝑticulares ꝓuincie comprehendunt͛ vt dicit pliꝰ · Hec a tyrcio habet occeanū vt dicit oroſius qui aquitanniacus ſinus appella͛ · ab occaſu hyſpaniā habet · a ſeptentrione ⁊ oriente galliam lugdunenſem · ab euro ⁊ meridie contingit prouinciam narbonenſem vt dicit oroſius ·

### ¶ De andegauia ·

Andegauia ē gallie ꝓuincia q̄ aquitanie ē vicina ⁊ vſ ad minorē britanniā ſe extendit cuius metropol' andegauis ē noīata · a q̄ in circuitu tota ꝓuīcia ādegauia ē vocata Et ē terra vinifera ⁊ fructiferā bonis oībus opulēta · ſilis aquitanie in vineis ⁊ in fruge :·

### ¶ De aluernia :·

Aluernia gallie lugdunen̄ ē ꝓuincia cuius ciuitas maior monſclarus nūcupa͛ · Hec ab euro habet germaniā ab auſtro ytaliā · ab occidente narbonen̄ ꝓuinciā · a ſeptētrione galliā belgicā · Eſt aūt terra ſilueſtris ⁊ nemoroſa · mōtuoſa · paſcuoſa · feris · pecudibꝰ ⁊ armētis referta frugifera et vinifera · in multis locis :·

### ¶ De apulia ·

Apulia eſt regio maritima in ytalia que pars eſt europe ab inſula ſicilie per maris brachiū ſeparata · terra ſiquidē eſt multū populoſa · auro et argento referta · frumēto · mero ⁊ oleo opulenta · ciuitatibus nobiliſſimis inclita · caſtris et oppidis premunita · frugibus ⁊ diuerſi generis fructibꝰ fertilis ⁊ fecunda · Finis eſt europe contra meridiē · que ſolo mari a barbaria ē diuiſa Fontes dici͛ habere calidos infirmis prebentes ſanitatē ⁊ medicinā Metropolis aūt illius regionis brūduſiū dicit͛ · quā greci q̄ndā edificauerūt · ⁊ dicit͛ a brūda greco quaſi caput cerui latine Illa eīn ad modū ceruini capitis habentis cornua dicit͛ eſſe diſpoſita vt dicit yſid · li · xxviij · ca · de nominibꝰ ciuitatum Huic a latere adiacet terra que dici͛ captiuata mat͛ frugū · Nam eius gleba fertiliſſima ē quo ad frugū multitudinē ꝓducendā ex cuius habundancia multe prouincie ſuſtentantur eciam tranſmarine ·

### ¶ De affrica ·

mate fiunt albi ex ſāguine rufi. ex naturali
melācolia glauci ex colera aduſta nigri. vel ex
defectu eciam caloris naturaľ fiunt cani vtꝫ
in ſenibꝫ. Et quando canus color incipit in
radicibꝫ capillorꝝ accidit ex flegmate habū-
dante. qn̄ vero ab extremis incipit ſignū
ē ꝙ accidit ex defectu caloris naturalis. q̄re
ſup in tractatu de capillis

¶ De colore in oculis.

Oſtendiť poſtea color in oculis. Nā
vt dicit iohannicius. Colores ocu-
lorum ſunt quatuor ſcilicet niger
ſubalbidus varius et glaucus. Diuerſitas
autem colorum iſtorum accidit ex ſpiritus
viſibilis claritate vel obſcuritate. vel ex criſ-
tallini humoris paucitate vel profunditate
vel ex albuginei humoris ſuperfluitate. vel
turbacione. vel ex vuee tunice humoris in-
digencia vel ſuperfluitate. Nam ſi humor
criſtallinus fuerit paucus in quantitate vel
lateat intrinſecus. et albugineus humor
deficiat vel perturbetur. Vel ſi habundet
humor niger tunice vuee. Iſtis omnibus
concurrentibꝫ vel aliquibꝫ ipſorum niger
color in oculo generatur. Subalbidus vero
ex cauſis fit ꝯtrarijs. glaucus vero ꝗ varius
accidit ex mixtione rerū q̄ faciūt albedinem
ꝗ nigredinē ꝗ in glaucitate aliq̄ntulū nigredo
in varietate albedo aliq̄ntulū plus habūdat
ſed de hijs q̄re ſup in tractatu oculorꝝ. Color
eciā in vnguibꝫ denotať. nā eorꝝ color debꝫ
eſſe ſub albidus ſpecularis et perſpicuus.
qn̄ꝫ autē mutať iſte color in liuiditatē vel
emulum colorem et tunc diuerſas preten-
dit paſſiones vt patet ſupra in tractatu de
vnguibus

¶ De coloribꝫ in ꝑticulari

Nunc de coloribꝫ in ꝑticulari dicendū
eſt. et pͥmo de albedine q̄ videť inter
dicendū colorꝝ eſſe pͥcipuū fundamentū
eſt autē albedo color ex luce clara ꝗ multa in
puro ꝗ pſpicuo gn̄atꝰ. vt dicit algazel. Vn̄
q̄nto materia pſpicui eſt purior ꝗ lux clarior
tāto albedo erit intēſior et nigro impermixtior
eſt ergo cauſa materiaľ albedinis pſpicuū
purū in omni terreſtri feculēcia inpermixtū.
nūc ſiccū nūc hūidū. cauſa vero effectiua ē
vel calidū vel frigidū. nam materia ſi fuerit
ſicca p dominiū et calor agēs in ipſa fuit p
dn̄iū gn̄abiť tūc albedo ꝓpter rarefactionē
ꝗ ſubtiliacōnē pciū materie ac clarificacōnē
vi caloris vt pꝫ in ꝯbuſto oſſe ꝗ in calce. Si
vero fuerit materia ſubſtācialiť hūida ꝗ in
illa dn̄ans frigiditas gn̄atū erit album vt
patet in niue et pruina. gn̄ať aūt albedo ex
aere vaporoſo declināte ad hūiditatē aqueā
vt dicit ariſ. li. xix. de aīalibꝫ ꝗ hoc p frigi-
di accionē. nam frigus albificat hūidā ma-
teriā ꝗ denigrat ſiccā. Calor vero hūidā de-
nigrat et ſiccā dealbat. Itē albedo gn̄ať ex
rarefactione aeris vt pꝫ in ſpuma et ideo aq̄
calide generant pilos albos. quare albedo nō
ē niſi ex aere vaporabili retento in menbris
et ideo qꝛ albedo ex aere calido ꝗ vaporabili
ideo animalia ſunt alba ſub ventre vt dicit
ariſ. li. animalium. xix. diffuſiuam autē hꝫ
virtutem reſpectu viſus et ſpiritus ſenſibiľ
diſgregatiuam ꝗ ideo ſi fuerit nimis intēſa
corrūpit viſum ꝗ facit oculos lacrimari cum
dolorum incrementum. in illo enim melius
fundanť colores medij q̄ꝫ in albo. et quāto
album eſt intenſius ꝙ ſubſternitur tanto
adheret forcius color qui ſuper inducitur ꝗ
limiē ſiue rubedo ſiue ruſū nigredo ad albedinē
vero pertinent. candor. albor. pallor. liuor.
ſiue. flauor. flauum enim et liuidum idem
ſecundū vnam ſignificacionē vt dicit ariſ.
in. c. de ſapore. et dicit ꝙ liuidū eſt flauum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄a flauū ſequi᷑ materiā albi· multas alias
ſpēs aſſignāt medici circa albū vt eſt color
aq̄us · lacteus· karopos· i· albidus vel ſub/
pallid᷒ Et variant̄ ſ᷒m diuerſas materias
tenues vel groſſas in q̄bꝫ radicant̄ in li· yſa·
theophili· ɔſtā· egidij de vrinis · Candor eſt
albedo inteſo multū h̄ns in ſe lucis in forma
vt pure perſpicuitatis in materia· nā fulgor
lucidi puri perſpicui ſuperficiē informans et
perficiens · ⁊ intuētis aſpectū ſiñ organi leſiōe
imutās· ⁊ cū quadā ſuauitate ad ſui intuitū
excitans oculū ⁊ alliciēs candor nuncupatur
Illud eñ candor dicitur qđ primo ponit ſine
corrupcōe ſenſus ab albedine per actū lucidi
ab oculo ɔprehendi· nam albedo que ɔſiſtit
in extremis a ſenſu non videtur ſubterfugit
eñ ſenſus iudiciū· q᷑ nulla res ſub extremo
colore videri poteſt Sunt ei᷒ colores extremi
inuiſibiles ſcd̄m ſe ꝓpter ſui paruitatem vt
dicit᷑ in li· de ſen· ⁊ ſen· ca· viij· Quod ergo
primo ſubiacet ſenſui de albedine poſt eius
extremo candor dicitur·

De colore glauco ⁊ flauo :·

Color flauus qui ⁊ glaucus dicitur
generat̄ ex albedine minus intenſa
accedente aliq̄ntulū ad rubedinē· et
generat̄ ſcd̄m auic· in materia tēperata non
ſimpliciter ſed reſpectu viridis coloris· Nā
vt dicit idem viridis color in plātis mutat̄
in glaucū in autumpno · qñ eñ in folijs eſt
materia glauci ⁊ groſſa paulatī p acceſſionē
ɔſumit̄ nec tñ omnino deſtruit̄ vel deſtitui᷑
a calore eleuāte materiā licet frigus domine᷑
Frigus vero dominans in materia mediocri
generat mediū colorē neceſſario· ⁊ q̄a poteſt
melius tranſmutare humiditatē q̄ ſiccitatē
ideo generat colorē medium habens de albo
magis cuiuſmodi ē glauc᷒ vt dic ɔmētator
ſupra li· ariſ· de plantis in fine· Jdeo inquit
quedā arbores virides in eſtate palleſcunt
in hyeme vt buxus· habet eñ buxus viſcoſū
humorē · in radice autē multā habet liquidā
humiditatē· ⁊ iō nō cadūt folia ſ; adueniēte
calore ꝓuocat̄ humor ad exteriora q̄a tact᷒
caliditate fit viridis· ſed veniēte frigiditate
repercutit̄ humor et habundat ſiccitas et fit
color glaucus · vnde reſpectu coloris viridis
in quo eſt plus de materia dicit glaucam
habere materiam temperatam ·

De pallido colore :·

Color pallidus ex eiſdē cauſis gn̄at̄
frigiditas tñ minus eſt inteſa ⁊ pl᷒
accedit albedo ad nigredinē i materia
groſſiori Eſt igitur pallor color medius ab
albedine incipiens ⁊ degenerās in nigredinē
generatur eciam accidentaliter vt ex timore
ſollicitudine nimia ⁊ labore ⁊ ex cauſis alijs
quibus calor ad interiora reducit ⁊ corporis
ſup̄ficiē ꝓpt̄ ſanguis depaup̄acōez palleſcit
et decolora᷑ vt ē vidē in nimis dormiētibꝫ ⁊
ſompnicoloſis ⁊ in hominibꝫ amoroſis qui
pre amoris magnitudine eſtuantes dilatati
cordis ſpūs euapōrāt ꝓpter q̄ꝫ nutrimentū
et reſtauracionē natura calorē ab exterioribꝫ
ad interiora reuocat et ſic ſuperficiē cutis et
per ſubtractionē calidi ſanguinis diſcolorat
iuxta illud · Palleat omnis amans hic eſt
color apt᷒ amāti· Et eadē de cauſa macerati
fame vel immoderāto exercicio ⁊ labore· ⁊ ꝓpt̄
ɔſumpcionē calidi ſanguinis expalleſcunt·

De rubeo colore :·

Rubeus color ē color medi᷒ ab extremis
nigredinis ⁊ albedinis eque diſtans
qui in ſuperficie corporis perſpicui re/
ſultat per incorpacionē clari luminis ignei
atq; puri · ad cuius generacionē ɔcurrunt
materie perſpicuitates ignei lumīs claritas
et albedīs atq; nigredīs ɔcors mediocritas
tñ ꝓpter igneā lucē partes mixti perſpicuas
dilatantē ⁊ rectificantē ac ſbtiliantē maiorē
habet in tr̄ſlucencia ɔformitatē tam cū albo
q̄ cum nigro · ⁊ ideo intenſe rubū ad modū
lucidi diſgregat viſū nec aggregat ſic nigꝝ
ꝓpter qđ pannoꝝ venditores pānos rubeos
ſuſpendunt añ lucē vt videntes alios pānos
coloratos ꝓpter rubedinē ſpiritū viſibilem
diſgregantē minus valeant coloꝝ diſcernē
veritatē· pretendit autem generaliter rubedo
dominiū calidi in permixto · q̄uis aliquādo
inueniat̄ ſup̄ficialiter in naturaliter frigido
vt ē vidē in roſa q̄ naturalit̄ ſu ſubſtācialit̄
frigida eſt ⁊ ſicca· ſed quia ſubtiliſſime eſt
ſubſtancie innatus color quē h; ex ɔpoſiōe
fugiens dominiū frigidi petit exteriora que
inueniēs ſubtilia ⁊ humida ad immutandū
tranſmutat ea ſuperficialiter in colorē rubeū
qui actioni ignis potiſſime ſimilatur ·

De croceo colore ·

Color croceus puniceus et citrinus
differunt parū niſi ſcd̄m remiſſionē
albedinis et nigredinis intenſionis
aliq̄ntulā aūt admixtionē · ⁊ ſcd̄m aliq̄ntulā
intenſionē caloris et frigiditatis remiſſionē
ſcd̄m aūt q̄ꝓ color talis in materia ſubtiliori
ac magis perſpicua radica᷑ magis rutilat ⁊
appa᷑et· ſ᷒m vō q̄ꝓ materia magis ē terreſtris
ac groſſa minus claret· talis aūt calor intē
ſionē ſignificat caloris temperati et non eſt
excedentis q̄ntum eſt de ſignificacōne coloris
ſcd̄m varias tamē ſubſtancie diſpoſiciones



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

varias pretendit ſanitatis vel morbi ſignifi
caciones diuerſas corporis habitudines et
cōplexiones vt patet in li·pſa·de vrinis Nā
citrinus color adiunctus cū ſubſtācia tenui
in vrina iuuenis colerice cōplexionis pretēdit
ipſum ſanū · In fleumatico ac melancolico
ſignificare poterit varias īfirmitates vt dicit
egidius verſus finē in tractatu de vrinis·ca·
xiij·vbi dicit Eſt multis tenuis citrina re-
ferta figuris · Fleumaticū iuuenē vel quem
niger afficit humor · Condempna tricham
duplici rōe·Unde vnus ⁊ idem color diuerſa
et aduerſa ſignat ſcđm diuerſitatē ſubſtancie
cui copulatꝛ ·

De colore croceo ·

Color croceus plus tingit liquores
et humores ꝙ̄ citrinus ·⁊ ſignificat
coloris intenſionē et diſtemperanciā
ſanguinis in epate per coloris admixtionē
vt patet in ictericijs·quorū vrina eſt crocea
in ſpuma·et oculi ſunt crocei ⁊ cutis feda et
citrina · Aues aūt calidiſſime cōplexionis ⁊
colerice vt aues prede extrema habent crocea
vt pedes atqꝫ roſtra · qđ accidit ex ſuperha-
bundancia colerici fumi ⁊ calidi quem reicit
natura ad extrema ꝓpter qđ colorantur · de
hoc q̄re ſupra in li·de morbis·ca·de ictericia

De colore minio :·

Color minius idem ē ꝙ coccinus ac
vermiculus rubedini propinquus ⁊
affinis · rutilans et reſplendens q̄ſi
ignis·multū enī habet in ſe igneе lucibitatis
et eciā ex parte materie perſpicacitatis ꝓpter
qđ color eſt viridis relucens multū ⁊ acutus
Materia enī minij eſt terra que diſcerpitur
in litore maris rubri·que tante eſt infectiōis
et ruboris ꝙ ex eius diluuione totum mare
tingitur ⁊ in colorē minij cōmutatꝛ· vnde ab
illa infectione mare ſuperioris egipti rubrū
appellatꝛ· ⁊ in illis terre venis rubre gemme
inueniuntꝛ·hec de terra p̄mo optīe depuratꝛ
deſiccatꝛ · tandem inter lapides ſubtiliſſime
cōmoliꝛ ⁊ cum claro oui diſtemperatꝛ·Et hic
color pictoribꝫ ſcriptoribꝫ lucrū non modicū
adminiſtrat·nā inde libros ornant·capitales
lr̄as inde formāt·fines ac p̄ncipia ſentēciarū
et verſuū diſtinguunt minio atqꝫ ſignant·
acuitur q̄nqꝫ ſucco herbe cuiuſdā que coccus
appellatur·⁊ ille color rutilat quaſi ignis·⁊
ideo ab illo ſucco coccū nominatꝛ·⁊ tali colore
plus vtunꝛ tinctores veſtiū ꝙ̄ ſcriptores So
lebant eciā antiq̄ acuere miniū cū ſanguine
cuiuſdā vermis ſicut acuiꝛ purpura cū ſan-
guine cōchilis ·⁊ ex tali acumine p̄mitus ab
antiq̄s vermiculus nuncupatꝛ vt dicit yſid·
vbi tractat de coloribus·Eſt aūt color vehe

mentiſſime adherencie poſtq̄ꝫ fuerit materie
incorpatus ita ꝙ inde vix poterit poſt deleri
Quđ ſi quis pergameno abradere cōtenderit
vel abluere miſus fuerit vix tantū abluet vel
abradet quin aliqđ veſtigiū poſt inueniet·

De puniceo colore ·

Puniceus color eſt color circumdans
colorē rubeū · ſicut purpureus plus
habens de rubedine ꝙ̄ de albedine·
plus tn̄ decliat ad albedinē ꝙ̄ ad nigredinē
purpureus aūt econuerſo·affectus eſt rubeo
ſed magis declinat ad nigredinē ꝙ̄ ad albe
dinē·Vñ dic̄ ariſ·in·ij·de ſompno ⁊ vigilia
ꝙ puniceū per purpureū tranſit in nigrū·vñ
poſt rubedinē vicinitatē habet ad nigredinē
Inueniunꝛ autē in mari quedā conchile ad
modū parue que in extremitatibus preciſe
quaſdam emittunt guttas ſanguineas que
recollecte purpuras tingunt ⁊ colores rubeos
acuunt et incendunt·vnde talis ſanguis in
q̄titate recolligitur · et vaſis ac canalibus
tinctorū officio aptis ·⁊ cum alijs coloribus
reponitur cum quibus tingitur ſericū ex quo
texitur pannus purpureus ·vnde regis glo
ria oſtenditur vt dicit gregorius ſuper can-
capitulo ſeptimo ·

De colore viridi :·

Color viridis generatꝛ actione calidi
in materia mediocri vergente tamē
ad dominiū humidi vt patꝫ in folijs
fructibus ⁊ in herbis · et ideo generabitur
color multū habens de nigredine · non tamē
pertingens totaliter ad nigredinē Ex cōmix-
tione enim remiſſi albi vt glauci et intenſi
nigri ⁊ in ſupficie humidi viriditas generatꝛ
quando calor agens in materia non poteſt
adurere humidū nec ad plenū decoquere vt
totaliter in nigrū conuertatꝛ·vnde viriditas
in herbis ⁊ in fructibus ſignū eſt crudi hu-
moris ⁊ indigeſti vt dicit auic·⁊ hoc patet
quia color viridis in plantis ⁊ in fructibus
mutatꝛ in glaucū in autūpno quia in folijs ⁊
in herbis ē multa mateia humida ⁊ groſſa
que per actionē calidi paulatī cōſumiꝛ · nec
omnino deſtituiꝛ a calore in mateia eleuāte
licet frigus dominetꝛ Et ideo quedā arbores
vireſcunt in vere et in eſtate ·in hyeme vero
vel autūpno palleſcūt qr aduenīete calidītate
vernali prouocatur humor ad exteriora qui
tactus calore fit viridis· ſed adueniente fri
gore repercutiꝛ humor ⁊ habūdat ſiccitas ⁊
fit color glaucꝰ vt dicit cōmētator ſup·i·ariſ·
de plātis in fine Eſt itaqꝫ color viridꝫ mediꝰ
inter rubeū ⁊ nigrū gr̄datus· ⁊ hoc patet per
cōſiſtiū·colore rubee in melācoliam innaturalē

Colera eñi cũ ſit rubea tranſit in melãcoliã
q̃ ē nigra mediãte colera innaturali ſcʒ eru⸗
ginoſa ⁊ praſina q̃ viridis inuenit̃ ·et ideo
color viridis maxime delectat viſũ ꝓpter
ↄcurſũ pciũ igneaꝝ ⁊ terreſtriũ·nã lucіditas
ignea q̃ in viridi eſt tꝑata delectat viſũ·
obſcuritas eciã terrea ſiue nigredo cũ nõ ſit
in extremo mediocriter ſpiritũ viſibilē ag⸗
gregat ⁊ ↄfortat·et ideo nullus ē ita delec⸗
tabilis viſui ſicut viror vtʒ in ſmaragdo q̃
oculos ſculpẽciũ gēmas et metalla maxime
repat ⁊ ↄfortat vt dicit yſi·c· de lapidibꝫ
p̃ciosis· Sũt ãt viridia folia plãte ⁊ g̃mia
terreſtriũ in q̃bꝫ radiant̃ tãq̃ in materia ⁊
et cetera terre naſcencia ex do minio parciũ
ex v̓tute ignea tãq̃ ex cauſa effectiua q̃ diſ
ſoluit terrea et ſubtiliat et rarefacit · et ſic
attrahẽdo eaꝝ fumos ad extrema tingit herbe
ſupficiē colore nõ nigro nec rubeo ſʒ viroré·
nã nigredo tꝑat rubedis diſgregatiãʒ cla
ritatē·et claritas incorporata nigredini ip⸗
ſam reducit ad mediocritatē·ex dominio er⸗
go pcium terreſtriũ ⁊ igneariũ viridis color
g̃nat̃ ·et q̃uis folia fruct⁹ ⁊ g̃mia vireſcũt
flores tamē virides raro vel nũq̃ inueniũt̃
q̃d accidit ꝓpter ſubtilitatē materie floꝝ in
q̃ ſi p̃dominãtes ptes fuerit aq̃e ⁊ aeree erit
color albus·ſi vero aquee cũ igneis p̃ualu⸗
erit erit color glaucus ꝉ pallid⁹ aut citrin⁹
Si ãt p̃habũdauerit ignee ptes cũ aereis
erit color roſeus·et ſi fuerit p̃ualẽtes ptes
aq̃e cũ t̓reſtribꝫ erit color blaui⁹ ꝉ violaci⁹
Si ãt eq̃ p̃ualuerint ptes ignee cũ terre⸗
ſtribꝫ poſſʒ q̃dē fieri color viridis vel niger·
ſʒ talē ↄmixtionē ſubtilitas materie floris
vel rarefactio nõ admittit·et ideo floēs nõ
vireſcũt generaliter nec nigreſcũt Eſt ergo
color viridis inter rubedinē medi⁹ ⁊ nigre⸗
dinē delectãs viſũ ·et ad ſui aſpectũ oculoꝝ
attractiu⁹·aciei viſ⁹ ↄfortati⁹ ⁊ repati⁹ Vñ
ceruí ⁊ animalia agreſtia alia loca virencia
diligũt ⁊ frequẽtãt nõ tm̃ ꝓpter paſtũ·veꝛ
et ꝓpter viſum·et ideo venatores viridibꝫ
veſtimẽtis ſemꝑ ſe induũt·qꝛ ꝓpter aſpectũ
viroris quē beſtie naturaliter diligũt min⁹
venatoꝝ inſidias expaueſcunt vt dic̃ gal·

De colore liuido

Color liuidus ex ptibꝫ aq̃is ⁊ tereſ⸗
tribꝫ p̃dominãtibꝫ g̃nat̃· Nam tal
color i in̄ rebꝫ h̃ñtibꝫ hũorē groſſũ ⁊ frigidũ
g̃nat̃ vtʒ in violꝫ ⁊ plũbo ·plũbũ tñ natu⸗
liter ē albũ q̃uis ſupficialiter ſit liuidum·
Vnde ex eo ſit ceruſa vt dicit ↄment·ſuper
iiij·methe· Vnde color liuidus ſignum eſt
frigiditatis dominãtis quia liuidus color

in vrina eſt ſignum extencionis naturalis
coloris et mortificacionis aĩalis ſicut dicit
egidius liuida membrorũ aut mẽbri mõſ⸗
trat humorē mortificati·ſignat enĩ multas
alias paſſioēs ſic ſequit̃ puus enutrith⁹
medius morbꝫqꝫ caducus· achites ſinoch⁹
vene ruptura catarrus·coſte pulmonis viciũ
dolor articularis·ↄſũptiua ptiſis extinctiua
caloris ſint tibi liuoris cauſe rc̃

De colore liuido

Color ergo liuidus ē malus in aĩa⸗
tis corpibꝫ nam vel ſignat dominiũ
frigoris calorem naturalē exting⸗
uentis et naturã mortificare inchoantis vel
ſupabũdãciã melãcolici ſangnis colorē oĩo
et cutis ſupficiem viciantis vel cordis an⸗
guſtiam calorem ſanguinis ad interiora re⸗
uocãtis vt patʒ in inuidis vel dolorē caſus
ſiue ↄcuſſionis ſanguinem intercutaneum
corrũpentis vt patet in fuſtigatis in quibꝫ
humor intercutaneus p maliciam corrupt⁹
cuti infert corrupcionē et infectionē vt dic̃·
expoſitor ſup·i·c·li·yſaye ibi vulnus liuore
rc̃·vel ſignat ſpirituum ⁊ vigoris naturalis
caloris defectionem ⁊ depaupracionem vt
patet in ydropicis ethicis et ↄſumptis vt
dicit egidius·ſignat eciã dolorē articularē
nã dolor arthetic⁹ ꝓpt nervoꝝ ſenſibilitatē
in quibꝫ radiant̃ minus eſt doloroſus ꝓpt
q̃ cõfluunt ſpiritus et humores ad locum
doloris ꝓpter q̃ alij hũores remanẽt min⁹
calidi ⁊ p ↄſequens colorati· omnes autem
cauſas liuiditatis enarrare nõ expedit in p̃⸗
ſenti opuſculo· ſʒ tangere ſolũ ad memoriã
reducere expedit q̃ amaioribꝫ noſtris copi⸗
oſiſſime ſũt tractata·raro aũt memi liuorē
ſignare aliquod bonum niſi prius viride vel
nigrũ opacione nature mutet̃ in liuidũ · et
de liuiditate in rubeum ſiue citrinũ·nã tunc
ſignũ eſt q̃ natura cõtra morbum victoriã
optinet ⁊ triũphum·Vnde egidius prius ſi
poſt rubeus videat̃ conſurgit cerebri natũa
vigor repat̃

De colore indico

Color indicus ſiue venetus eſt color
blauius liuiditatē excedens in pul⸗
critudine et virore pl⁹ habens aq̃i⸗
tatis et aereitatis ad mixtũ cum partibus
terreſtribꝫ et vnitũ q̃ qui liuidũs · et talis
color ē celeſtis ꝓpter dominiũ aereitatis in
ſupficiē pſpicui materie ſcʒ pure et tãſpa⸗
rente vt patet in ſaphiris orientalibus et
accinctis·talis eciam color repit̃ in lazurio
Sed de hoc quere ſup̃ in tractatu de gēmis
et de lapide lazuri ·:·

De nigredine



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nigredo ē priuacio albi in pſpicuo ſicut amaro eſt priuacō dulcedinis in humido. Vnde videt̃ ꝙ albedo eſt prima origo colorū ſicut dulcedo ē principiū ſaporū vt dicit ariſ. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato. Jd dicit ariſ. li. xix. Color niger nō ē niſi priuacio claritatis. Generat̃ aūt nigredo ex luce pauca ⁊ obſcura in pſpicuo ⁊ obſcuro ⁊ in puro incorporata. Et ideo nigredo ē ſpiritus viſibilis aggregatiua ⁊ eiuſdē ꝯpreſſiua. ꝓpt̃ qđ ledit viſū ⁊ hebetat qñ nimis ē intenſa vtꝫ in diu incarceratis qui exeuntes de carcere parū videt̃. Fundat̃ aūt nigredo qñq; in ſbā humida ⁊ calida. q̃a caliditas dominās denigrat ſubſtāciam humidā vt eſt videre in lignis humidis et exuſtis. qñq; in ſubſtācia ſicca ⁊ frigida. quia frigiditas dñans ſubſtanciā denigrat ſiccā ⁊ humidā facit albā vt dicit auicē. Vñ nigredo qñq; cauſat̃ a frigiditate ⁊ ē ſignū mortificacōnis. qñq; a caliditate et tūc ē ſignū aduſtionis. et ideo nigra vrina diuerſa poteſt ſignare et aduꝰſa ſicut dicit egidiꝰ. qñq; eñ ſignat ſolucōnē q̃rtane et ſic ꝑtendit ſanitatē. aliqñ ſignat aduſtionē ⁊ mortē vt in acuta febre. Vñ egidiꝰ dicit. Nigrior vrine facies incomoda febris. q̃rtane ſoluit mortē ꝓtendit et vrit. in febre fert mortē nigra fetida paucula piguis ⁊c. Sūt aūt q̄dā colores picture operibꝰ ꝯgruentes q̃rū quidā in venis terre naſcunt̃ vt ſinopis rubrica meliū auripigmentū ⁊ huiꝰ. Quidā arte ꝯponūtur.

De ſinopi.

Sinopis ē color rubeꝰ in ponto primitꝰ adinuētus iuxta ſinopi ciuitatē a qua nomē ſic accepit vt dicit yſi. li. xviij. Huius ſpēs tres ſūt prima rubra ⁊ minꝰ rubēs ⁊ inter has media vt dicit idē. Rubrica q̄ dicit̃ rubra ꝓxima colori ſaguineo vt dicit iſi. gignit̃ in pluribꝰ locis ſ; optīa eſt in ponto. Vñ ⁊ pontica appellat̃.

De ſiricō.

Siricū pigmētū ē vñ fit color phenicꝰ q̄ librorū capita ſcribunt̃ ⁊ colligit̃ in litoribꝰ rubri maris in phenico ⁊ inter ficticios ſ; color ꝯputat̃ eo ꝙ fit aliquā ex ſinopi ⁊ ſandice ſimul mixtis vt dicit yſi.

De minio

Miniū ē color rubeꝰ cuiꝰ materiā greci apud epheſum primo inuenerūt. In hyſpania huiꝰ pigmentū p̄ceteris regiōibꝰ plus habūdat vt dicit yſi.

Cinobriū

Cinobriū qđ greci cinabariū dicūt a dracone et a barro elephāte ē vocatū. dicūt eī draconꝰ eſſe ſāguinē dū implicātes elephātes ruūt. ei belue ⁊ dracones obruunt̃ quorū fuſus cruor terrā inficit. fitq; pigmētū quicquid ſolū tinxerit. eſt aūt puluis coloris rubri vt dicit yſi.

De praſſino

Praſini creta eſt viridis. Vnde fit color viridis ſicut porrū creſcit autē optima in libia cyrenenſi vt dicit yſi. Criſocana eſt vena praſini coloris ſic dicta ꝙ cum ea aurū ſic dicit̃ inueniri hec in armenia creſcit. Sed ꝓbabilior eſt que creſcit in macedonia fodit̃ in metallis eris cuius inuencio argentū et indiciū ꝓdit. nā vene eius cū hijs habent nature ſocietatē vt dicit yſi.

De ſandaracha

Sandaracha naſcit̃ in topazion inſula maris rubri et ē coloris ſinobrij ſ; odoris ſulphurei inuenit̃ aūt in metallis aureis et argenteis et eſt tanto melior q̄to ruffior. et quanto plus ſulphur olet q̄uis et ceruſa ſi in fornace torreat̃ in ſandaracham ꝯuertat̃ cuius color eſt flammeꝰ ꝙ ſi torreat̃ eq̄liter cū rubrica ⁊ ꝯmixta ſandicem reddit vt dicit yſi.

De arſenico

Arſenicum auripigmentū dicitur ob colorem auri colligit̃ in ponto ex aurata materia qđ in aureum colorem tranſit purius eſt ⁊ ꝙ graciles habet venas pallidius ē peius iudicat̃. de hoc quere ſup̄ in tractatu de venis terre de auripigmento

De occa

Occa naſcit̃ in topaziō inſula. vnde ⁊ ſandaracha. fit tamē qñq; ex occa aduſta rubrica mollis nouis luto circūlinitis que q̄nto magis in camino arſerit melior fit vt dicit yſi.

De indaco

Indacum in cannis indicis limo inſitis inuenit̃ ſpūma adherēte limo eſt autē coloris pulchri et aerei mixturam purpure et cerulei mirabile reddens. eſt alterum genus in purpurarijs officijs ſpumā innatans q̄ꝫ ꝯfectores detrahunt ⁊ deſiccāt vt dicit yſi.

De atramento

Atramentū dictū eſt eo ꝙ ſit atrū cuiꝰ ſpecies neceſſaria ē cotidiana vſui picture et inter ficticios computat̃. fit enim ex fuligine multis modis ſuper ardentes tedas huic pictores cum aq̄ miſcent gluten vt illuſtrius reſplendeat. q̄dā enim carbones ſarmentorū veterū tritos cū glutino addūt alij fecem vini nigri excutiūt multis eciam fit alijs modis vt dicit yſi. cum atramento aūt temperat̃ incauſtum ⁊ acuitur h; autē ꝯſtas virtutes vt patet in platone quere ſupra de venis terre li. xvi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Melinus color ē candidus cui⁹ materia inuenit̄ in melos inſula eſt vna de cicladibus · ⁊ ideo melinus ē dictus vt dicit yſid · ꝓpter nimiā autē pinguedinē pictores eo non vtunt̄ vt dicit yſid ·

De ſtibio ·

Stibiū eſt color ficticius vel factus ex ceruſa ⁊ quibuſdā alijs mixtis cum q̄ mulieres facies ſuas ſophiſticāt ⁊ colorāt ·

De ceruſa ·

Ceruſa ex vapoē fortis aceti tabulas plūbeas ſuper ſarmēta alba locatas perfundentis generat̄ · quere ſupra de plūbo Eodē mō fit es viride ſiue calantū qd̄ ꝑplus viride grecū vocat ſcʒ ex vapore fortis aceti eneas laminas perfundentis · nam ex aceto corrūpit̄ eris ſupficies ⁊ ↄuertit̄ in eruginē et inde color viridis ꝓcreat̄ · valet ad carnē mortuā corrodendā ·

De purpura ·

Purpura a puritate lucis eſt dicta · quia in hijs regionibus gigni᷑ eius materia quas ſolis curſus illumiat ꝓpius ⁊ illuſtrat · hic color lactis ſanguineis effluentibꝰ a quibuſdā cocleis ferro diuiſis accipit̄ ⁊ melioꝛat̄ vt dicit yſid · li · xix · in · ca · de tincturis ·

Sunt ⁊ alij colores multi tā ſimplices q̄ ↄpoſiti quibus vtunt̄ pictores ⁊ tinctores · ſed iā dicti ſūt nobilioēs et ideo nunc de eis ſufficiāt · De hijs oībus tractat pli⁹ · li · xxv · ca · xiiij · vſqʒ ad · xxxiij · ⁊ yſid · li · xviij · ⁊ · xix · Dicunt̄ aūt tinctores pānoꝝ ⁊ lanaꝝ ob nitoris gracā coloratores vt dic̄ yſid · li · xix · Pictores vō ſūt ymaginū et rerum ⁊ ſimilitudinū picture artificio expreſſores · eſt aūt pictura dicta quaſi fictura eſt aūt ymago ficta non veritas hec ⁊ figura dicit̄ a quodā colore ficto ē limita nichil hñs fidei ⁊ veritatis Unde ⁊ ſunt quedā picture q̄ corpa veſtimentis ſtudio coloris excedunt ⁊ fidē dū augē ↄtendūt ad mendacia ꝓuehūt ſicut qui chimerā tricapitē pingūt · Picturā aūt egipcij primitus adinuenerunt vmbra hominis lineis circūdata · deinde ſimplicibꝰ coloribus ⁊ poſt diuerſis ſic q̄a paulati ars ipſa ſe diſtinxit · ⁊ inuenit lumē ⁊ differēcias coloꝝ ac vmbras · ⁊ nūc pictores prius q̄ſdā lineas ⁊ vmbras future ymagis dicūt · deīn coloribus ↄplēt inuēte artis ordinē adhuc ſequētes vt dic̄ yſid · li · xviij · in · c · de picturis

De odore ·

Poſt colores de odoribꝰ ē dicendū Odor itaqʒ eſt fumoſus vapor a ſubſtācia rei reſolutus q̄ mediāte aere cerebri attractus ē ſenſus olfact⁹ inmutatiu⁹ · nā odor inmutat olfactū queadmodū color viſū vel ſonus auditū · vel queadmodū ſapor guſtū · Propriū em̄ eſt ſenſuū a ſuis ſenſatis ⁊ obiectis ꝓprijs inmutari ⁊ delectari in eis ac perfici ſi fuerint medij · ↄtriſtari vō et deſtrui ſi extremi vt dicit̄ in li · de ſenſu ⁊ ſen · Eſt itaqʒ odor rei ꝓprietas ſenſu fumo medio pceptibil̄ · ad hoc aūt ꝙ odor pficia᷑ ⁊ informe᷑ in organo ſenſus q̄tuor ad min⁹ requirunt̄ ſcʒ calidita s reſoluens materie ſubtilitas actioni caloris reſoluētis obediēs aerea puritas deferens neruī vel cerebri ↄformitas vapoꝛē reſolutū nature ſenſu pcipiēdo admittēs vel abhorrens Calor igit̄ reſoluēs fumos vapoꝛabiles cauſa odoris eſt efficiēs vapor reſolutus ē materia obediēs Qualitas vero fumi reſoluti aeri deferenti ſe incoꝛpat et in ſuā ſimilitudinē ipſū alterat ⁊ īformat Informatus vero aer qualitate fumi neruo odorabili ſubito ſe applicat ⁊ ſibi incoꝛporati fumoſi vapoꝛis ſimilitudinē repreſentat · cui⁹ ↄplexioni ſi ſimilis fuerit miro modo cerebꝛꝫ recreat ⁊ delectat · Si vero econtrario inficit et ↄtriſtat ⁊ ideo aromatica que ꝓporcionē ↄplexionalē hñt ⁊ aromaticā cū natura ipaꝫ reparant atqʒ iuuant · fetida vero ex cauſa ↄtraria aggrauant ⁊ moleſtant Calor itaqʒ reſoluens odorem efficit ⁊ econtrario frigus ↄſtringens odorē impedit ⁊ preſcindit quia mouēdo ad centꝝ ſubtiles ſubſtācie vapoꝛis per aera ſe diffundere non permittūt · ꝓpter qd̄ nec ſterquilinia fetent in tp̄e hyemali ſ; pocius eſtiuali Similit̄ ſubſtancie varietas ſeu ſubtilitas obediēs caloꝛi reſoluētis odorē cauſat Ecōtra vero groſſicies materie odoꝛis diffuſioni obuiat ⁊ repugnat vt pꝫ ī lapide cuius naturalis ↄpactio ⁊ frigiditas ſunt in cauſa qꝛ neqʒ redolet neqʒ fetet vt dic̄ auic̄ · Tercio aeris ↄſtācia ↄfert ſenſibilit̄ ad odorē nā ſi rarus fuerit et ſubtilis de facili ſiquidē odoris materia ſcʒ fumū vapoꝛabilē recipit ſed ꝓpt̄ eius euanacionē et rarefactibilitatē pmanere in ſe eius redolenciā longo tempe non pmittit Econtrario vero ſi denſus fuerit aer ⁊ ↄpſſus vapor ſiquidē ⁊ bonos ⁊ malos tardius recipit · ſ; poſt eoꝝ impreſſionē ipōs euapoꝛare ita de facili non permittit vt dicit idē · Quarto organi qualitas ſeu diſpoſicio ad odoris iudiciū potiſſime operatur · ſi vero fuerit neruus ſenſibilis in q̄ percipi᷑ olfact⁹ vel male ↄplexionatus vel leſus caſu aliquo ſeu corruptis humoribꝰ opilatus vel omnino peruertitur vel ſubtrahitur · iudiciū odoris Primum patet in melancolicis et alijs male ↄplexionatis · q̄ loca fetida diligūt odorifica

vero ⁊ aromatica fugiūt. Scđm autē patet
in mutilatis qui neruos ſenſibiles ⁊ odora-
biles habent leſos. ⁊ ideo odores nō ſenciūt
Terciū aūt manifeſtū ē in piloſis ⁊ leproſis
qui naribus ⁊ vicioſis humoribus opilatis
inter odoriferꝫ ⁊ fetidū vix diſcernūt. Fum⁹
igitur a rei ſubſtancia reſolutus materia eſt
odoris. vn̄ ſm varietatē fumi odoꝝ differēcia
variaẗ. Diſtinguūt aūt yſa. in dictis tres
ſpecies fumi. eſt em̄ fumus quietus ⁊ quaſi
nullius motus in aere vt fumus a lapide re-
ſolutus q̄ eius ꝯplexionē nō declarat poſitiue
ſed per priuacionē odoris et abſenciā ipſum
habē ſubſtanciā groſſā ⁊ frigidā maīfeſtat
Eſt ⁊ alius fumus habens velocē motum in
aere ⁊ hoc accidit ex calore reſoluente ſb̄am
que ſi fuerit valde pura ⁊ defecata. erit odor
valde aromaticus et ſuauis vt pꝫ in muta
et muſto ⁊ in ambra Si vͦo fuerit ſubſtāciā
impura multis fetibus intermixta erit odor
malus ⁊ nature horribilis. Et hic odor diui
diẗ dupliciter in grauē ſcꝫ in fetentē. grauis
odor ex calore adhuc naturaliter ſe habente
in aliquo ⁊ iam corrumpi incipiēte vt patet
in piſcib⁹ diu reſeruatis ſine ſale. Eſt tercio
fum⁹ mediocris a calore mediocrit̄ reſolut⁹
⁊ ille vel eſt a pura ſb̄a vel impura. ſi ex pura
erit mediocrit̄ arōticus vt pꝫ in pomis viol̄
et roſis. ſi aūt fuerit ex ſubſtācia īpura ꝑtim
erit fetid⁹ vt pꝫ in aloe ⁊ abſinthio ⁊ ſulfurē
⁊c. Cauſaẗ itaqꝫ arōticus a calore ꝑtes ſub-
tiliores ⁊ puriōes reſoluēte aere ipſaꝝ fumos
ad cerebꝝ deferēte ſicut fetor vel grauitas ex
eodē ꝑtes groſſiores ⁊ corrupciores a rei ſb̄a
diſſoluente effectiue generaẗ. vn̄ de pro iſto
effectu ex actiōe caloris ꝯſequēte oē arōticū
calidum ab auctoribus ſolet dici. multa em̄
ſūt ſubſtācialit̄ frigida vt ē videre in aceto
camphora ⁊ roſa q̄ tn̄ ſenciunẗ aromatica ⁊
hoc fit ꝓpt̄ ſubſtācie coꝝ puritatē. cui⁹ ꝑtes
ſubtiliores reſoluunẗ ⁊ diffundunẗ in aere ꝑ
calorē. Sunt autem due odoꝝ extremitates
arōticus ſcꝫ ⁊ fetidus inter q̄s ⁊ ſi inueniaẗ
odor recte medius ⁊ eque diſtans ab ex̄mis
ſcđm racionē vel ſcđm intellectū nequaꝗ̄ tn̄
actualiter ꝑcipiẗ ſcđm ſenſū. vn̄ dicit yſaac
in diet. odorat⁹ non ꝑcipit mediocres odorēs
ſicut nͤ piſces ꝑcipiūt medios colores Carēt
em̄ piſces palpebris ꝓpter qđ ſpūs viſibil̄
ꝯtinue diſpergiẗ. vnde nō ſufficit ad medij
coloris ꝑcepcōeꝫ De odoratu q̄ꝫ eadē ē racio
vt dicit idē. nares em̄ patule ſunt ⁊ ꝯtinue
diſꝑgiͣ ſpūs odorabil̄ ꝓpt̄ qđ debilior efficiẗ
odoratus ⁊ iō medios odores min⁹ capit nec
ē ꝗ̄uis odor recte medi⁹ int̄ arōticū ⁊ fetentē

q̄r ꝗ̄uis ſub fetido ꝯtineẗ et non differt ab
eo niſi ꝙ magis remiſſus ē ⁊ fetidus āplius
eſt ⁊ intēſus. ſub eadē igiẗ ſpē ꝯtinenͭ ſicut
albedo intēſa ⁊ remiſſa. et ideo ſi duo odores
extremi ſcꝫ fetid⁹ ⁊ arōticus in eq̄li ꝓporcōe
ꝑiter miſceanẗ non fiet vn⁹ medius odor ⁊
eque diſtās in mixto ſcđm ſenſū. vn̄ arōticū
ꝑmo ꝑcipit ſenſus olfactus q̄̄ fetidus q̄r in
arōtico delectaẗ ⁊ fetidū refugit ⁊ abhoīaẗ.
Ex quo pꝫ ꝙ non efficiͭ vnus odor medi⁹ de
extremis ꝑceptibilis ſcđm ſenſū vt diẗ yſa.
ꝙ aūt bonus odor cicius penetret ad ſpiritū
aīalū q̄̄ malus. pꝫ q̄r ſb̄a boni odoris v̄tutē
naturalis caloris in ſe ꝯtinet q̄ groſſiciē ei⁹
m̄dificat ⁊ ſubtiliat vt leuitate ſui diſſoluta
flatu aeris valeat cicius ad cerebꝝ ꝑtrāſire.
malus vͦo odor nō ſic q̄r in ei⁹ ſubiecto actio
nature iā deficit. vn̄ ſuꝑfluitas ei⁹ groſſa in
eo ēmanet coagulata. ⁊ iō difficili⁹ pōt cū ſuo
diſſolui. nec ita cito penetrat ad ſpm̄ odora-
bilē qui in ꝓfundo cerebri ventriculo latitat
vbi ſpūalis ⁊ ſubſtācial̄ fum⁹ cicius ꝑforat
q̄̄ groſſ⁹ ⁊ terreſtris. ¶ De effectu odoꝝ

Circa effectū odoꝝ diuīſe fuerēt poſicio
nes dicebāt em̄ antiq̄ reꝝ naturas
et ſb̄as ita cognoſci odore ſimplicit̄
queadmodū ⁊ ſapore Dixerūt ei res acetoſas
odore ꝯprehēdi. ſimilit̄ ⁊ acutas. ſꝫ fallebāẗ
iđ em̄ odoratui attribuebāt qđ erat tactus
nullus em̄ ē ſenſus cui tactus nō ſit annex⁹
Et ideo morſuras et puncturas non percipit
odoratus ſed pocius tactus q̄ odorādi organo
eſt admixtus. ſicut ocul⁹ clauſus ſentit mor
ſurā collirij non viſu ſed tactu. Alij vͦo aſſere
bant nullā reꝝ noticiā poſſe haberi ꝑ odorēs
videntes em̄ quaſdā res frigidas eſſe odo-
riferas vt roſas. quaſdā vero calidas nulli⁹
eſſe odoris vt piꝑ. putauerūt res non poſſe di
noſci aliqualit̄ per odores ſed hij fallebanẗ.
Bonus itaqꝫ odor fit ſimplicit̄ vel ex calore
totali vel ꝑciali. nā reꝝ alie ſūt ſimplicis ſb̄e
alie ꝯpoſite Si res ē ſimplicis ſb̄e ⁊ ē odori-
fera odor ille fit ex odore totali. quia tota rei
ſubſtācia ē calida vt pꝫ in muſto Si vero cō
poſite ē ſubſtācie ⁊ ē odorifera odor ille fit ex
calore ꝑciali ideſt ex calore quarundā ꝑcium
nā quedā ſūt ibi partes calide ſcꝫ ignee que
diffuſe per ſuperficiē rubore induunt ⁊ odorē
vnde ſi roſe ponantur in aqua calida ignee
ꝑtes reſoluunẗ ⁊ rubeus color paret cū odore
Sed alij ſunt quorū ſentencia approbatur
qui dicunt rerum ſubſtancias cognoſci per
odores minus tamen q̄̄ per ſapores. Nam
ad linguam diriguntur vi lacerti quibus
multum tranſfunditur de ſpiritu animali.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quo pfecte res guſtata poteſt ↄphendi. ſed ad inſtrumentū odoratus nō venit niſi vnus lacertus tm̄ p quē parū de ſpiritu deſcēdit qui non ita pfecte naturā poteſt ↄphendere. Preterea a re odorāda nō ēſoluit̄ niſi q̄dam ſubtilis fumoſitas q̄ admixta aeri cū ipſa ad organū odoratus attrahit̄ vn̄ ⁊ ſpiritus p fumoſitatē illā rerū naturas nō diſcernit ita bn̄. ſed ad inſtrumentū guſtus tota res guſtanda intus et extra guſtui ſubſtācialit̄ applicat̄. et ideo o de re veri⁹ iudicat̄ p ſaporem q̄ꝑ p odorē. Recolligit̄ itaqȝ ex pdictis q̄ odor ē rei ꝓprietas ſiue q̄litas pceptibil̄ odoratu vt dic yſa. nā a re odorabili reſoluit̄ q̄dam fum⁹ p calorē q̄ tāq̄ꝑ q̄dam ſpiritualitas admixtus aeri ipſū inficit ⁊ immutat et ſpiritus animal̄ ibi exiſtēs inter nares ī q̄buſdā carunculis ad modū mamillaꝝ ibi dependētib⁹ ab eodē fumo immutat̄ q̄ īmutatus recurrit ad cerebrū et repſentat talē anime immutacōnē. Eſt itaqȝ odor ſui obiecti manifeſtatiu⁹. ſpiritus animalis īmutatiu⁹. ſui ipſi⁹ p aera diffuſiu⁹. ad interiora cerebri pflatū aeris l̄ attractū penetratiu⁹ ſuo calore humoris ↄſūptiu⁹. ⁊ flux⁹ narium reſtrictiu⁹. ſua puritate ſpirituū reparatiu⁹ v̄tute debilitatis cordis ↄfortatiu⁹. aeris in ſuā ſimilitudinē ↄuerſiu⁹. fetoris expulſiu⁹ et putredis palliatiu⁹. delectacōnis in ſenſu animaliū ſicut ⁊ hominū cauſatiu⁹. nam piſces diligūt aromatica et fugiūt fetida ſimiliter ⁊ apes vt dicit ariſ. ſic ⁊ formice ſulphuris odorē effugant̄. ſola venenoſa aromatica deteſtant̄. Vn̄ ſerpētes odorē rute abhorrēt. botraces vinee florētis redolenciā non ſuſtinent

De fetore

Fetor eſt ex re corrupta vapor reſolutus aerē inficiēs. ↄtriſtās ſpiritū animalē et corrūpēs. Nam ſic odor aromaticus odoratū ↄficit ⁊ delectat ſic fetidus ſpiritū odorabilē inficit ⁊ ↄtriſtat. Nā vt dic yſa. fumus a re male ↄplexicis ēſolutus animato ſpiritui eſt incōueniens. Nā in ſubiecto fetidi odoris multi ſūt humorēs corrupti eo q̄ naturales exierit q̄litates. ⁊ ideo ↄplexiōi hūani corporis ēpugnāt. Vn̄ odoris horribilitas p̄cedit ſue ſubſtācie corrupcōe q̄ ↄtīgit aut ꝓpter naturalē calorē āt ꝓpter corruptā humiditatē. nā qn̄ calor innatural̄ humorū facit ebulicōnē cauſa ē putredinis et fetoris. Vorū nutrimēta corruptā ⁊ peſſimā putredinē in ſtomacho generāt ex qua ēſoluit̄ peſſima fumoſitas que caput grauat qn̄ ſola corrupcio hūiditatis ē in cauſa tūc odor non fetens ſed grauis generat̄. et oīa calida ꝓpter odoris grauitatem mali ſunt nutrimenti minoris tamē ſunt nocumenti q̄ꝑ que fetidi ſunt putredinis vt dicit gal. et hoc eſt videre in piſcibus recentibus qui dum retinent naturalem calorē odorē grauē habent. ablato autē naturali calore efficiūt̄ iam fetentes. quando vero piſces decoquūt̄ in ſupflue ↄſūpcioni et corrupte hūiditatis p calorem grauis odoris tollit̄ ⁊ ſic eorum ſubſtancia p decoctionem nō ſolū in odore melior efficiatur. verū eciam in ſapore. Fetor ergo ē corrupcionis nature p̄ſtatiu⁹ defectus caloris naturalis oſtenſiuus aeris infectiuus animalis ſpirit⁹ corruptiu⁹ vomit⁹ ⁊ nauſee ꝓuocatiu⁹. doloris capitis gn̄atiu⁹ ⁊ tocius ↄplexionis diſtempatiū⁹ horroris ⁊ triſticie ſenſib⁹ animaliū inductiu⁹ et ideo fugiūt piſces ſportulas fetidas et antiq̄s. recentes vero ſubintrāt atqȝ nouas vt dic ariſ. Similiter apes abhorrent eſſe fetidū vt dicit idem. ideo vulpes cuius fimus eſt valde fetidus foueam taxi ſubintrat et eā defedans pfetorē de fouea taxum fugat vt dicit pli. ⁊ ſic ipſū ſupat p fetorem q̄ꝑ vincere non poterat per virtutē. Eſt eciam fetor ſpirituum et neruorū infectiuus et naturali ↄſiſtencia in innaturalē alteratiuus vt patȝ in leproſis quorū anhelitus fetidus ſanos inficit ⁊ corrūpit. Eſt eciā fetor fetus aīaliū in vtero extinctiuus. vnde dicit ariſ. quod equa ſi ſentit fetorē candele extincte faciet abhortiuū. poteſt eciam fetor ſic intendi q̄ꝑ erit mortis ſubite cauſatiuus. nam quedam eſt ſpecies ſerpentis cuius fetor ſubito interficit rem odorantem. ſicut baſiliſcus viſu interficit ſe videntem vt dicit auic. accidentaliter aliqn̄do autem fetor iuuat. nā q̄dam ſunt fetida medicamina vt aloe caballinū et ſulphur et aſa fetida ⁊ huiuſmoi q̄ in m̄ltis cauſis ↄueniūt medicine nā odoris ſui q̄uitate hūores putridos ſiue putredini ⁊ fetori diſpoſitos racione ſimilitudinis attrahunt ⁊ extractos expellūt. nam natura abhorrēs fetorem p medicine fetide pſenciam irritat̄ ↄtra ipſam. et ideo recolligit ſe totā vt ↄtra ſuā dimicet inimicam. Fetor itaqȝ .i. fetida medicina occaſio naturalit̄ ē expulſio fetidoꝝ et dum vnū fetidū aſſumit̄ aliud fetidū pariter cū ipſo remouet̄. Similiter fetor lane vite vel filtri ↄbuſti ſeu cornu caprini exuſti naribus ſalubrit̄ opponūt̄ vt ſopor litargic⁹ excitet̄ vt dic ↄſt. nam ſpirit⁹ abhorrentes fetorem fugiūt ad interiora cerebri vbi eſt cauſa morbi ex q̄rū ↄcurſu iuuat̄ natura ↄtra morbū. et ideo facilius digerit et diſſoluit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

materiã apoſtematis q̄ cauſa fuit falſe ſõpnoléctie ⁊ ſaporis vt dicit idē Eodē modo in cauſa matricis qñ nimis eleuaẽ cõp̄mendo ſpiritualia et fetida narib⁊ ⁊ aroãtica ꝑtib⁊ īferiorib⁊ vtiliter adhibenẽ Nam natura fugiēs fetorē recurrit ad matricē ⁊ ſenciendo odorē inferi⁹ illac tendit et ſic matricem ad locũ debitũ ſecũ ducit ꝙ uis eciam odor odori nõ ɔtrarieẽ aliq̄s tamē fetor alicui fetori ɔtrariaẽ et ideo fetor ſterq̄linij ex fetore alij effuganẽ vbi eciã oẽs fetẽt vni⁹ fetor minime ſentiẽ q̄re vn⁹ ab alio abſorbetur De reb⁊ autē odoriferis q̄re ſupra in tractatu xviij de herbis et ſpēb⁊ ⁊ plãtis

Sapor autē eſt ſenſatũ guſt⁹ Sicut em̄ color eſt obiectũ viſus ſic ſapor eſt rei ꝓprietas iudicõ anime ſe offerens p uiã guſt⁹ Sapor itaq; ē rei ꝓp̄etas ſolo guſtu ꝑceptibilis hoc autē dico in p̄ncipio ꝙ alioimodo iudicãt de ſaporib⁊ ⁊ ſapoꝝ p̄ncipijs ph̄i et alio modo medici ſ; de illa murmuracõne q̄ſtionũ nichil ad ꝓpoſitũ qꝛ illas ſolas ſapoꝝ differẽcias ⁊ opaciones ⁊ cauſas hic inq̄rim⁹ ꝓvt ſacre ſcripture ɔueniũt ad eliciendũ ex ſapoꝝ ꝓp̄etatib⁊ aliq̄s miſticos intellect⁹ Unde ad p̄ſens de alijs nõ curamus

Est ergo ſapor ꝓp̄uim obiectũ guſtus de cuius p̄ſencia ſenſus in organo guſtabili ɗlectaẽ vel triſtaẽ et ſm̄ yſa in diet Sapoꝝ viij differẽcie ſc; dulcis vnctuoſus ſalſus amar⁹ acutus acetoſus pōticus ⁊ ſtipticus addiẽ eciã in hijs inſipidus ſic ſũt ix ſ; abuſiue diciẽ ſapor qꝛ ſapore caret Pertinẽt aũt q̄nq; ad caliditatē et calidã ɔplexionē ſc; dulcis vnctuoſus ſalſus amarus acutus reliq; frigide ſũt ɔplexionis ſc; ponticus ſtipticus aceto et inſipidus Duo autē q̄ faciũt ſaporē ſc; ɔplexio ⁊ ſb̄a ⁊ ſb̄a ē triplex ſc; groſſa ſõtil ⁊ mediocris Cõplexio ita; calida ⁊ hũida i ij gdu cũ groſſa ſb̄a facit saporē dulcē cali da vo ⁊ hũida in fine ſi gdus cũ ſõtili ſb̄a facit vnctuoſũ et diciẽ vnctuoſũ ſõtile ꝙm ad trãſitũ qꝛ de facili trãſit in fumũ h; autē actualē groſſiciē racõe cui⁹ ē opilatiua ſ; potēcialē h; ſubtilitatē in ſb̄a racõe cui⁹ ē velo cit trãſitiua Cõplexio ãt cali ⁊ ſic i fine ſi gdus cũ mediocri ſb̄a fac ſalſũ Calid ⁊ ſiccũ i iij gdu fac amaꝝ ſ; ɔplexio calida ⁊ ſicca in q̄rto gdu cũ ſõtili ſb̄a fac acutũ ⁊ ita ſup caliditatē fũdãtur v ſapoēs Frigida autē et ſicca ɔplexio in iij gdu cũ groſſa ſubſtã cia facit ponticũ q̄lis ē in fructib⁊ imaturis Frigida q̄; et ſicca in iij gradu cũ mediocri

ſubſtãcia facit ſaporē ſtipticum qualis eſt i roſis ⁊ in coctanis maturis Frigida aũt et ſicca in ij gdu cũ ſubſtãcia ſubtili facit ſaporem acetoſũ Frigida vero ɔplexio et hũida in i gdu cũ mediocri ſubſtãcia facit ſaporē inſipidũ qualꝰ ē in albumie oui paꝝ ergo ꝙ tres ſapores ſũt teſtimonia ſubtilꝰ ſubſtãcie ſc; acutus vnctuoſus et acetoſus et ſũt iij teſtimoĩa groſſe ſubſtãcie ſc; ponticus amarus et dulcis Similiẽ ſũt iij ſapores teſtimonia ſubſtãcie mediocris ſtipticus ſalſus et inſipidus

De pura dulcedine eius effectu

Dulcis itaq; ſapor gñaẽ ex tēpata cãliditate ⁊ groſſa ſubſtãcia Uñ dulcedo lingue appoita moderate apit moderate calefacit moderate hũectat Unde groſſicies ſue moderate ſubintrãs poros aptos diu ibi manꝫ ⁊ ideo aĩa in tali tparancia gaud; Uñ plus delectaẽ natura in dulcedie ꝙ in alijs ſaporib⁊ p̄terea nulla res ē ita tēpata et affinis hũane ɔplexioi eq̄li ſic dulcedo et ideo hũana ɔplexio q̄ ē vicĩa tpancie equali in dulcedine ſibi ſimili delectatur

De ſapore dulci

Ad dulcē aũt saporē faciendũ iiij ɔueniũt elemẽta nõ tñ eq̄li ꝓporcõne ignis em̄ et aer ſup habũdãt Uñ ex igne calor ⁊ ex aere hũor innaſciẽ q̄ duo ſc; calor ⁊ hũor neceſſaria ad cuiuſlib; gñacõm calor aũt tpat⁹ agēs in hũorē ipſũ calefacit diſſoluit et depurat ab hũore terreſtri et ſb̄a mollificaẽ Uñ ptes ignee ⁊ aeree augm̄taẽ ⁊ hũiditas i ſpiſſum ⁊ ſic groſſa ſb̄a i q̄ fundaẽ dulcis ſapor gñaẽ Uñ dulcis ſapor qñ caret oi macula cuiꝰ oib⁊ ſaporib⁊ ſuauior erit vt diẽ yſa qꝛ ei⁹ natura ſangñi ē vicĩa et iõ letificat ⁊ m̄dificat nocumẽti guſt⁹ humectat tpate ſĩi labore nature ē aũt dulcedo alĩa pura iiij q̄litatũ mediocrit ɔtẽtiua vt pꝫ i zucara aliqñ ē viſcoſitati ⁊ groſſiciei ãmixta vt pꝫ i dactilꝰ aliqñ acumĩ ɔiũcta vt i melle pa dulcedo marie ɔueniens ē nature ſ; aliqñ accĩlit noc; naturē qñ ſc; natũa pl⁹ recipit ꝙ digerere poſſit ⁊ tũc ſol; eſſe cauſa alicui⁹ opilacõis qꝛ dulciũ ſupfluitas i poris venaꝝ inuiſcaẽ dulcia ita; mollificãt mēbra lauãt colãt ⁊ m̄dificãt paꝝ natũalit nutrũt accĩlit ãt m̄ltũ mollificãt q̄dē qꝛ hũiditas materiã mollē reddit caliditas tpate diſſoluit Uñ materia q̄ pri⁹ erat ſpiſſa mõ mollificata diſſoluta abſtrahiẽ ⁊ m̄dificaẽ Nutriũt ãt paꝝ naturalit qꝛ dulcia groſſa ſũt i ſb̄a ⁊ ſua groſſicie poros penetrare ñ poſſũt ſ; ora venaꝝ opilant ⁊ cito ſaciant accĩlit

tamen multū nutriunt quia dulcia humane
nature ſiue ↄplexioni ſunt ſimilia ⁊ amica · ⁊
iō in magna q̄titate aſſumunt̄ ⁊ q̄a groſſa
ſunt in ſubſtācia calor agens in ea multum
ſanguinē generat ⁊ ille ſāguis multū nutrit
Dulcedo vero que viſcoſitati eſt admixta
multū quidē nutrit ſed multa tn̄ nocumēta
generat accidentalit̄ et inducit vt dicit yſa·
q̄r talis dulcedo opilacōēs gn̄at ⁊ putredini
de facili appropinquat · inflacionē ⁊ rugitū
gn̄at febrē interpolatā facile ↄmouꝫ ⁊ ſuſci-
tat ⁊ colericā inflacionē ↄcitat vel augmētat
Eſt igitur dulcedo pura et per alicuius rei
admixtionē nō infecta inter ſaporꝫ differēcias
ſenſus maxime delectatiua nature amica ⁊
ei potiſſime aſſimilatiua · deꝑditorꝫ in corpe
facilius reparatiua virtutū ⁊ ſpirituū debiliū
maxie ↄfortatiua · omniū mēbrorꝫ precipue
nutritiua · Dicit eīm yſaac ꝓprius nutrimēti
ſapor dulcedo eſt ſi ſua ſubſtancia aliquam
habuerit viſcoſitatē ſtabilis ei ē in mēbris
vnde non de facili eſt in mēbris diſſolucōis
receptiua · nec nutriunt aliq̄ que dulcedini
non ſūt mixta Vn̄ ⁊ ſaporēs dulcedini ↄtrarij
ꝓpter contrarietatē quā habent ad humanā
complexionē parui aut nullius ſunt penitus
nutrimenti · Ex ↄmixtione tn̄ ſapor inter ſe
ↄtrariorꝫ vnus bonus ſapor medius generat̄
in quo latitat dulcedo raciōe cuius ille ſapor
medius nature ↄueniens ē corpis nutritiuꝰ
vt patet in ſallamētis ⁊ eciā in pigmentis
in quibus ↄtraria recipiunt̄ · vnde patet q̄
dulcedo omniū ſaporū delectabiliū eſt origo
ſicut albedo omniū colorꝫ ē principiū vt dicit
in li · de ſen · ⁊ ſen · vbi dicit · nigredo ē ꝑuacio
albi in perſpicuo ſicut amaritudo eſt ꝑuacio
dulcedinis in humido · dulcedo adhuc eſt ſpi
ritualiū mēbrorꝫ amica q̄a ipſorꝫ eſt lenitiua
et omnis aſperitatis mitigatiua clarificatiua
vocis ⁊ arteriarꝫ ab oī ſuperfluo purgatiua
canaliū pulmōis ⁊ meatuū pectoris apitiua
⁊ oīm imūdiciarꝫ mule ⁊ gutturis abſterſiua
catarri ⁊ humoris ſuperflui circa ſpiritualia
diſſolutiua · ⁊ omniū organorꝫ vitalis ſpūs
ad debitā ↄſiſtenciā reiectiua · oīs tumoris
ſquinantici repreſſiua · ⁊ ſuffocantis humidi
eciā in mēbris ſpiritualibus ↄſūptiua · Sūt
aūt quedā dulcia que occaſionalit̄ mēbrorꝫ
malorꝫ ſūt corpi illatiua ſūt ei vnctuoſitatis
et inflacionis generatiua · Non eīm maior ē
ex calore dulcis reſolucio q̄ ſit humidi reſoluti
incorporacio vel ſaltē ↄſumpcio neceſſe eſt ibi
fieri multi vaporis fumoſi generacio ⁊ ſic loci
ex vapore deſenſio et per ↄſequens inflacio
dolor ⁊ gurgulacio · Itē ex eadē cauſa dulcia

ſunt appetitus debilitatiua quia ſubſtancie
ſue groſſicie cito ſunt vacui ſtōchi repletiua
et meatuū opilatiua · Item colere rubee aug
mentatiua · nā cū ſint calida calidi humoris
ſūt excitatiua ⁊ ideo obſūt illis qui ex cauſa
calida ⁊ intenſa paciunt̄ Item putredinis ⁊
corrupcionis ſunt inductiua · q̄n eīm ſuꝑha-
bundās calor ſuperhabundantē humiditatē
diſſoluit ⁊ ↄſumit̄ totū vel digerē nō ſufficit
corruptā natura derelinq̄t Item ſplenis renū
et epatis ſunt opilatiua · ⁊ hoc accidit quia
ſua groſſicie ſubſtāciali ſubtiles poros illarꝫ
regionū obturāt vel quia partes ille racione
dulcis plus deſiderant q̄ digerāt vel ↄſumāt
et ideo ex ſuperfluo humore attracto et non
digeſto nec alias euacuato ille ꝑtes merito
opilant̄ · Item dulcia racione predicta ſunt
calculi generatiua tam in renibꝰ q̄ in veſica ·
nam quādo ille partes racione dulcedis ſibi
attrahunt humores ↄſimiles que ſubtiliora
ſunt vel cū vrina educunt̄ vel vi caloris ↄſu-
munt̄ · vnde quādo plus attrahit̄ q̄ nature
ſufficiat vel vi nature qđ ē ſuperfluū expellit
vel quod groſſius eſt ibi ēmaneat eliquato
humore calore deſiccante induratur ⁊ ꝓcedēte
tp̄e paulatim putrificat̄ ⁊ in duriciē lapidis
ↄmutat̄ vt expreſſe dicit yſa · Item eciā de
cauſis matricis occurrit Ex predictis patet
q̄ dulcia natura ſunt vtilia · aliqua vero ſūt
⁊ videntur eē dulcia ⁊ tn̄ ſūt mortifera ⁊ nociua

De ſapore vnctuoſo ·

Sapor vnctuoſus generat̄ ex calido ⁊
humido in ſubtili ſubſtācia · et ideo
vnctuoſitas apponita lingue magis
capit et diſſoluit ⁊ ſubtilis ſubſtācia magis
ſubintrat · ⁊ q̄r caliditas eiꝰ parū remouet̄ a
tꝑamēto aīa ipſiꝰ dulcedinē pōt accipē ⁊ in
ea maxie ↄgaudere · Ad vnctuoſū aūt ſaporē
perficiendū plus de igne q̄ de alijs elemētis
conuenit · ⁊ poſt de aere · maior igit̄ acceſſio
caloris in humidū agens magis diſſoluit ⁊
depurat · vn̄ aq̄ſe ptes ⁊ terreſtes minorant̄
et ignee cū aereis augmentant̄ ⁊ inde ſapor
gignit vnctuoſus Sūt aūt vnctuoſa cibaria
appetitus debilitatiua et faſtidij inductiua
q̄r accepta in ſtōcho reſoluunt̄ in fumoſitatē
cum aeree ſint ſubſtancie que petit ſuperiora
replendo os ſtomachi et inducit faſtidiū et
diminuit appetitū Item vnctuoſa ſunt ſuꝑ-
enatācia leuitate eīm ſua eleuant̄ ad ſuperiora
cū valde ſint fumoſa · Item digeſtionis ſunt
ipeditiua · q̄a vnctuoſitate ſua villos ſtōchi
replent ⁊ leniunt · vnde cibi aſſumpti cū non
poſſint decoqui crudi et indigeſti emittunt̄
vnctuoſitate ei ſua inuiſcāt cibos ⁊ lubrificat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ideo emittunť anteq̄ digerant̄. Itē parti
ſūt nutritiua q2 cita ve.i az cito replēt ⁊ paz
de eis aſſumiť. ⁊ q̇d aſſumiť ꝓpter ſue ſub-
tilitatē cito ꝯſumi². Itē caloris ſūt īflāmatiā
ignis eñi non nutriť niſi aere mediāte. vnc-
tuoſa vero cito in aereā ſubſtanciā tñſeunt
vnde illa vnctuoſa que hñt maiorē aq̄ſitatē
minus ꝑtinēt ad naturā aeris ⁊ eciā minus
bene nutriūt ignē vt pꝫ in axungia porcina
que minus nutrit ignē q̄ ouina . q̄a minus
habet aereitatis in ſua ꝯpoſicōe ⁊ plus aquo-
ſitatis q̄ ouina . Item febrilis caloris ſunt
nutritiua et ideo carnes prohibenť in febre
acuta quia time² vnctoſitas intermixta qua
calor febrilis irritať. Item ſplenis ⁊ epatis
ſunt opilatiua ꝓpter ſui groſſiciē actualem
nam ꝓpter ſuā dulcedinē cito attrahunť et
ſua groſſicie pori de facili opilāť. Itē doloris
capitis ſunt excitatiua. nam ex fumoꝝ mul-
titudine repleť caput ⁊ miringi cerebri diſ-
tenduntur. Item mēbroꝝ ſpiritualiū ſūt leni-
tiua vt patet in butiro . Tamen quedam
vnctuoſa nocent pectori propter annexam
ſiccitatē vt oleū nucū. quia talia non habent
purā vnctuoſam. Itē doloꝝ exterioꝝ ſūt mi-
tigatiua. ⁊ duriciei remollitiua. apoſtematū
maturatiua. ⁊ saniei generatiua. humiditate
eñi ſua ſaniē generāt qui ꝑ ea plus diſſolui²
q̄ ꝯſumať. Ex calore eī debili ⁊ humiditate
multa fit ſanies ⁊ corrupcio .

## De ſapore ſalſo .

